














Ex Libris Gamalielis De Turre Utriusq Med. Doctoris. 1622.

44 9



MARTINI RV-LANDI PATRIS, MEdici Palatini & Lauingani,

CVRATIONVM EMPIricarum & Historicarum in certis locis & notis Hominibus optimè riteq́ probatarum atq́ expertarum,

CENTVRIA SEXTA:

Edita

STVDIO ET OPERA

Martini Rulandi M. Filij Med. Doctoris Lauingani.

ILLVSTRIS-
SIMIS ATQVE GENE-
rosissimis Principibus D.
VVOLFGANGO Vvilhel-
mo & D. AVGVSTO Comi-
tibus Palatinis Rhœni ac Bo-
iariæ Ducibus, Comitib Vel-
dentianis & Sponheimen-
sibus, Fratrib. ger-
manis,

ILLVSTRISSIMI AT-
que Præstantiss. Principis
D.D. PHILIPPI *Ludo-*
uici Filijs pientiss.

Dominis suis clementis-
simis τὸ εὖ διάγειν.

O*Pus aliquod, Princi-*
pes serenissimi, sub
magni

magni cuiusdã clariq́ viri nomine lucem aspicere volentes, diversis τῶ προσφωνεῖν generib. uti sunt soliti. Nam sunt, qui προσφωνήσει scriptorũ ἀφήγησιν atq́ expositionem recẽsent. Sũt deinde, qui certæ cuiusdã personæ προσφώνησιν & compellationem, aliaq́ habẽt, quæ in nuncupationibus atq́ dedicationibus adhibenda sunt. Plerisq́ verborum tantùm lenocinio utili materia inope ludere placet. Ego cum recentioribus quibusdam malo materiam quampiã præfando tractare: reliquam nuncupandi-

 ratio-

rationem nec improbaturus, nec probaturus. Cogitāti itaq; mihi atq; ἄνω καὶ κάτω deliberanti, quid potißimùm in medium adferrem, quod à professione mea non planè alienū, & Centurijs patrijs dignum existimari posset, tandem in mentem venit de quæstione: Vtrùm in omni pleuritide vena dextri cubiti sit secanda? sermonem instituere, cùm animadverterem præsertim malè etiam parentē apud Medicos affirmantem defendentes partem audire, quòd paßim in pleuritid. curâ venam affe-

cti lateris incidendam curaverit. Olim etiam acerrimè in cõtrouersia de secanda vena in pleuritide altercatum est, & doctiores quiq; Medici plurimùm sunt commoti, ita ut ad magistratum ea res delata fuerit; quò Principis autoritate, quasi gladio tumultuosæ illæ disceptationes sedarẽtur. Quoniam itaq; tanta huius ἀπορήματος cõtrouersia, nũc quoq; est inter viros eruditos, visum est in hoc argumento, cuius in factitãda medicina maximus usus, vires ingenioli nostri experiri, & quid veri falsiq; sub-

ſit, diſpicere. Maxima medicorum pars affirmatè hîc reſpondet: nõ minima negatè: utraq; rationibus ſuffulta; ſed poſterior probabilioribus. Prior his utitur fundamentis. In omni reuulſione & deriuatione euacuationeq; ſimplici oportet eã ſecare venam, quæ cũ ea quæ partem affectam adit, coniuncta ſit. Non coniunguntur autem, niſi rectis fibris & ſtaminibus, quorum beneficio ſanguis ab una parte in aliam celeriter & copioſè trahatur, ſi fibrarum connexione conveniant, vena quæ ſecatur, & quæ

membrum affectum alit. Quã quidẽ ob causam in omni pleuritide internam cubiti secandam iubent, quoniam locum affectum magis è directo respicit, quàm sinistra, tametsi inflãmatio sinistrũ inuaserit latus. Cùm enim costæ ipsæ ab ea vena, quæ pari caret, nutriantur, & illa ex dextro magnæ venæ latere exoriatur dubiũ non est dextram axillarem cũ illa fibris suis communicare multò magis quàm sinistram. At hos sic sentientes διανοίᾳ *laborare, ex sequentibus patebit rationibus. Primùm, quia* τὸ

 κατ'

κατ' ἴξιν Hip. & Gal. non de fibrarum, quæ in venis sunt, sed de partium rectitudine & ἀντιθυωρίᾳ, qua dextra dextris, sinistra sinistris respondent, rectaq; sunt, intellexerint; illaq; paßim in venarum sectione obseruandam docuerint. Ad huius confirmationem infinita Galeni & Hippocrat. loca allegare possemus: sed ne in immensum crescat hæc nostra dissertatio, adamantinum argumentum addemus, quo luculẽtißimè ostenditur, Gal. rectitudinem partium totius corporis obseruasse. Ipse aliquot in locis,

præ-

præcipuè verò lib. 3. de crisib. cap. 3. sanguinis eruptionẽ ex sinistrâ nare laborãtem lienẽ iuvare tradit, cùm ait: Oportet autẽ per directũ fluere sanguinem, ex dextrâ quidem nare hepate patiẽte, vel locis sub dextris Hypochondrÿs positis, ex sinistrâ autem, liene vel locis vicinis. Hæc Gal. scribit de sanguinis eruptione, quæ naturâ gubernante & operante fit. Cùm autem naturam imitari in ÿs, quæ rectè agit, nos oporteat, ut li. 1. aphoris. com. 2. habetur, suadet, ut laborante liene, sanguinem ex sinistro cubi-

to detrahamus, li.2. ad Glauc. cap.2. quoniam hoc pacto recti tudo seruatur, siquidem Lien sub sinistro Hypochōdrio collocatus est, vel propemodū sub sinistro. Verùm cum ad Lienē nullus venæ cauæ ramus perveniat (neq; enim opus habet, quia alimentum suum per venam portam attrahit) quam quæso fibrarum rectitudinem sinistri brachij venæ cum venis splenis habebunt? Herclè nullam. Deinde mirum est, sanguinem ab uno venæ pariete ad alterum non fluere refluereq;, sed dextrum dextri, sinistrum

ſtrum ſiniſtri parietis ac fibrarum ſeriem ſequi. Annon rectæ fibræ per totum venarum corpus diſperſæ ſunt, & non ſiniſtro & dextro parieti duntaxat appoſitæ? Num paries ſiniſter & dexter limitibus diſtincti ſunt? Tertiò, ſi fibrarum rectitudo in phlebotomia cõſideranda venit, nec ſanguis ab uno venarum pariete ad alterum deuoluitur, quur quæſo humerarias in affectib. cephalicis tũdere ſolẽt? cùm tã exqſita fibrarum ἰθυωρία non ſit. Etenim venæ cauæ trũcus ſub ipſis clauiculis in tres magnos

ramos

ramos diuiſus, venas axillares inter clauiculas & primã thoracis coſtã utrinq; ad brachia infra excurrentes, necnon humerarias eodem modo ſuprà exporrectas, tum etiam iugulares internas & externas ſurſum ferentes conſtituit. Secta itaq; humerariâ alterutra non reuocatur ſanguis ex iugularibus: ſed ex cõmuni venæ trunco (nam ſanguis naturali motu ſemper copioſiùs & magis ἀθρόως à vaſorum radicibus effuſo flumine ſtagnãtibus fluere attrahiq; ſolet, quàm alijs & anguſtioribus venulis ramiſq;)

misq́ʒ) prædictas venas ex se producente, propter fibrarum consortium, quod cũ venis iugularibus non respondet. Nam constat ex αὐτοψία, humerariarum villos ad inferiora respicientes descendere per venæ rectitudinẽ ad cauæ venæ trũcum amplum & communem. Quartò, si natura, quam Medicus imitari sedulò studebit, negligit fibras, quid de fibrarũ rectitudine diu contendimus? Negligere autẽ eas patet exinde: quòd nullus πόρος χολήδοχος rectà in vesicam fellis, sed recto tramite in duodenũ

saltem

ſaltem inteſtinum fertur: ita ut ratione fibrarum rectarum nulla εἰσδοχὴ τῆς χολῆς fieri poßit in veſicula fellea: nihilo tamẽ minus veſica fellis bilem attrahit, aut eò à natura tanquam ſuperuacaneum demandatur. Verùm quid diu ineptam horum de fibrarũ rectitudine opinionem refellere laboramus: quippe, quibuſdã præſtantiß. Anatomicis nullæ in venis fibræ ſunt. Et Fallopius lib.3.cap.1. fibrarum naturales ἐνεργείας, quas ipſi attrahentib. retinẽt. & expellẽt. falsò aſcribunt, dudum refuta-

ta-

tauit. Postremò fibræ istæ venis intertextæ ita sanè latent, ut teste Fallop. loco citato, in potētia potius sint quàm actu. Quod si sic, qua fronte rei potentia existenti actum ascribere possunt? quandoquidem id tum demum actu dicitur operari, quando actu est.

Nec est, ut ad argutum κρησφύγετον *hoc confugiant: rectas fibras attractioni inseruire, nō quòd ipsæ per se attrahant; sed ea ratione, quòd nimirum per longitudinem organi protensæ promptum & expeditum iter præbeant & cōcedant ipsi humori*

mori sponte decurrenti & mobili, si ab externa causa locale motus principium accipiat, ut vid. ad certam partem attrahatur & affluat. Nã hoc tum demum verũ eßet, si fibræ actu & solæ per longitudinem protensæ forent. Sed hæ ita occultæ sunt, nec non fibris obliquis & transuersis intertextæ & confusæ, ut ne sic effectus accidentalis verè ascribi queat. Nos rectiùs statuere putamus, si in omni pleuritide axillarẽ seu internam cubiti lateris affecti tundendam censeamus. Manifesta est Hip. autoritas 4. de

de rationib. vict. in morbis acutis: Si dolor ſurſum penetrauerit, ad clauiculam, mammã, brachium, venam brachij internam ſecare oportet, quâ dolor affuit parte. In lib. de curãdi rãtione per ſanguinis miß. cap. 6. ſic ſcribitur: καὶ μένγε κἀπὶ τῶν πλευριτικῶν ἡ κατ' εὐθὺ τοῦ πάσχοντος πλευροῦ φλεβοτομία τὴν ὠφέλειαν ἐναργεστάτην ἐπεδείξατο πολλάκις, ἤπερ ἐκ τῆς ἀντικειμένης χειρὸς ἢ πάντως ἀμυδρὰν ἢ μετὰ χρόνον. *hoc eſt: & pleuriticis quæ è directo laborantis lateris adhibita fuit venæ ſectio*

 cla-

clarißimam ſanè utilitatē attulit, quæ verò ex brachio oppoſito, aut omninò obſcuram, aut tardam. Ac nimium vena cubiti lateris affecti aperta affluentem materiam intercipi & præterlapsã reuocari & Anatome demonſtrat, & probat maximè experientia. Etenim Anatomicis obſeruatum eſt, ſæpenumerò ab axillari vena quæ defertur ad brachium ramum propagari, cui ramuli minimi coniunguntur cum ramis tranſuerſis venæ ſine pari. Quin & illi Axillaris rami, qui tres ſuperiores coſtas alũt, tranſ-

transverſis ramis venæ ἀζύγου iunguntur Fallop. in obſeruat. Et hinc in mißione ſanguinis pleuriticor. quãdoq; pus & corruptus ſanguis nec non graueolens manifeſtißimè cernitur: quod argumento eſt, ſanguinẽ eum ex parte ipſa affecta demanaſſe: quod ſi non conſtituamus nimirum κοινωνίαν quandã venæ axillaris, quæ in brachio tunditur, cum ramulis venæ ἀζύγου, fieri vix poſſet, tantillo tempore ex parte affecta ſanguinem purulentum emanare. Accedit tandem dextra inuecta pleuriſis ob ſectionem

dextræ axillaris ſiniſtrum latus phlegmone obſidente. Thadæus Dunus lib. 2. de conſtitut. venæ ſect. in pleurit. cap. 4. Mirari, inquit, verò vehementer cogor, quod & Fernelius, & multi alij medici dicunt, de ſiniſtra inuecta pleuritide ob ſectionem axillaris ſiniſtræ dextro laborante latere: aut de facta dextra pleuritide ob ſectionem dextræ axillaris ſiniſtrũ latus phlegmone obſidente. Siquidem quocunq; in latere ſit inflammatio, & quocunq; ex cubito ſanguinis miſsio fiat, nõ ab uno thoracis latere ad aliud tra-

ud trahitur, sed à thorace ad cubitum, ab interiorib. ad exteriora. Addit experientiæ fidem. Miratur Thadæus Fernelium & alios sic sentire. Miretur seipsum, quòd malis fundamentis innisus contra veteres & recentiores adeoq́; veritatem ipsam, ut in his, sic in omnibus penè aliјs tam pueriliter fuerit hallucinatus. Etenim dextri cubiti interna pertusa phlegmone sinistrum obsidente latus, sanguis secto loco vicinior primus exilit, deinde qui illi iunctus continuatusq́; est, deinceps verò qui in venis

minoribus dextri lateris costas nutrientibus existit. Hoc dextri lateris venarũ sanguine bono & salutari exhausto, necessariò vitiosus sinistri lateris phlegmone affecti (qui antequam dextri lateris venæ, sanguine suo exinaniantur, profundi nequit) subsequitur, nec effunditur viribus iam sanguine dextri lateris effuso labefactatis.

Relinquitur itaq; in dextro latere, ratione vacui eò delati, atq; pleurisin dextram, loco iã sanguinis euacuatione immodicâ ad concipiendum hoc malum

lum accommodato, præſentibusq́; iјs, quæ pleuriſin inducere poſſunt, progenerat. De ſiniſtra inuecta pleuritide ob ſectionem axillaris ſiniſtræ dextro laborante latere, audiat Fuchſium optimè de arte medica meritum lib. 2. Sect. 5. inſtitution. med. Sic enim eo loci diſſerit: Secta autem in ſiniſtro brachio vena, dextram pleuritidem non adimit, ſed cum illi nulla ſit cum ægra particula rectitudo & ſocietas, bonum dũtaxat ſanguinem educit, noxio in laborante particula relicto: aut puro ſanguini vena-

rum permiſcet, &, quod frequentiſsimè accidit, ſiniſtram pleuritidem invehit. Quomodo autem à dextro latere in ſiniſtrum transferatur ſanguis noxius, quum illis inter ſe nulla ſit ſocietas ac rectitudo, reſpondet idem duabus id fieri de cauſis. Vna, quòd vacui ratio hoc ipſum requirat. Neceſſe enim eſt in vacuati ſanguinis locũ, vicinis præſertim venis vehementer inanitis aliũ ſuccedere. Trahentibus itaq; propter inopiam venis in adverſa & ſiniſtra parte, ægræ partes promptè concedent, ut-
pote

pote quibus ſanguis iam non tantùm ſua copia, ſed & vitioſa qualitate moleſtus eſt. Quòd ſi tamen ſua ſpõte partes ægræ non concederent, aut à ſe propellerent, tamen ut trahentibus partibus, utpote fortioribus ſe & adhuc integris, aliqd concedant neceſſe eſt. Trahit enim perpetuò ab imbelliciore pars robuſtior. Altera, quia expultrix facultas, quæ ſuũ munus per tranſuerſas fibras, ut dictum eſt, obit, à noxio & redundante in afflicta parte ſanguine irritata ocyßimè in oppoſitum latus iam vacuatum,

atq; adeò tum vacui ratione, tũ quia validior est ad se trahens, transfert. Experientiæ Thadæi particulari oppono patris experientiam universalem, quâ reuerà constat in plerisq; perperam ita administratâ phlebotomiâ pleurisin dicto modo subsecut[illegible]m. Quod autem non omnibus duplex usu veniat pleuritis; ratio in promptu est, partim ex natura validiore aduentanti tum iniuriæ reluctari valente, partim ex alijs causis ipsi Thadæo ut medico aliâs industrio perspectis desumenda. Sed de hac

quæstione satis, quàm ego V. C. acumini ingenij dijudicandã ea quâ par est humilitate atq; obseruãtia offero. Quod si sententiam meam C.V. alijsq; viris doctis probari intellexero: dabo operam sedulò, vt & reliquas quæstiones omnes inter physicos & medicos controversas breui elaborem, atq; suo tẽpore divulgẽ. Intereà Opusculum hoc θεραπευτικὸν à parente meo C.V. medico ritè comprobatum, à me verò cõcinnatum, in certum debitæ obseruantiæ atq; gratitudinis testimonium V. ego Illustriß. inscri-

inſcriptum dicatumq́; nomini apparere, inq́; hominum veni-re manus volui. Non ſanè, quod dignum id, quod lucem aſpiciat, eſſe exiſtimarem: neq; lucem aſpicere quoq; paſſus fu-iſſem: niſi multi eruditione & autoritate clari viri à patre i-ſtud petijſſent meo; niſi etiam officium patris, quo per annos 40. penè, forſan non ſine ma-gna Reipub. tum literariæ tū politicæ utilitate, V. C. familiæ ſplendidiß. pro virili ſeruire & prodeſſe ſatagebat, flagitaſ-ſet idipſum. Fateor & illud ſa-tis leve, tenue, & exiguum mu

nu-

nus literarium, quod C.V. offero, esse: longeq́ præstantiora tã Illustriß. natis loco inscribenda. Verũtamen C.V. venustũ illud Plutarchi acroama adhortabitur, qui tenuia quædam xenia, Imperatori suo oblaturus ait: Magnatum esse, ut magna in suos beneficia conferre: ita & parua eorundem hilari serenaq́ fronte munuscula excipere: atq; hoc etiam leuidense, & V.C. pro sua animi magnitudine suscipere nec Ipsæ dedignabuntur.

CHRISTVS OPT. MAX. *lucis huius diuturna Vos usura*

ra donet, ita quoq; porrò ſtudia veſtra ſpiritu gubernet ſuo: ut egregiũ aliquando homines paratum auxilium habeant. Valete, Principes Illuſtriſs. & me, meos, meaq́; ſtudia quã cõmendatiſs habete. Datæ ex noſtro ἀσκητηρίῳ, menſe Ianuario, Anno τῆς θεογονίας CIↃ IↃ XCIII.

C. V. ſubmiſsè & humiliter colens

Mart. Rulandus
F. M.

ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ

ΑΠΟΛΟΓΗ-ΤΙΚΟΣ *calumnijs de Centurijs patrijs hactenus à maleuolis nefariè disseminatis, αὐτοσχεδιαστὶ à Filio oppositus.*

NOn ignoras, beneuole lector, in quanto præiudicij periculo famæq; discrimine versentur, qui se publicæ censuræ, hac deprauata mundi ætate, promulgandis scriptis, exponunt. Etenim si quis vel methodum mutando, vel amplificando vel quouis laudabili modo eam renouando ab alijs prius dictum retexit, eandem dicitur re-

recantare cantilenam. Qui commentatur & autoris mentem non aſſequitur, deridetur: aſſecutus, ab eo tamen pro veritate diſſentit, malè audit, atq; conatus etiam mirè utilis perperàm narrando ac interpretando extenuatur. Qui nova & à veterum dogmatis vulgoq; receptis placitis diſcrepantia meditantur, & ſuo marte quædam excogitant, ut in ea contentione, quod veterum induſtriæ opponere poſsint, aſſequantur, apud nonnullos ſolis maioribus noſtris tanquam Dijs adhæreſcentes in extremum exiſtimationis diſcrimen veniunt. Atq; huiuſmodi periculorum genera pauci,

quicunq; ſuas cogitationes in lucem depromũt, pauci inquá non adeunt. Eadem illa patri meo ſeni, atq; de Repub. tum literaria cum ciuili benè merito, offerri iam comperio. Nã cûm nuperrimè Centurias practicas principibus viris & pleriſq; verè doctis probatas (reliqua ſcripta à dente Theonino non planè immunia oblivione iam & taciturnitate tegam) in uſum & emolumentum Reipub. divulgandas curaſſet: haud obtrectatores literarum & literatorũ oſores defuerunt, qui parenti ingenij laudem invidentes, & eius exiſtimationem virtute & labore partam fruſtrà violare

 cupi-

cupientes, patrem Empiricum empiricas curationes & à ratione ac præceptis Galenicis atq; Hippocrat. alienas in vulgus dare cum magno conatu clamitarent. Quæ iniqua hominum cēsura tantùm famæ parentis, apud laudatos viros (à quibus solis vera proficiscitur laus) florēti detrahentium admiratione est digna. Quid enim patris Empirici empiricas curationes satyricè obijcitis? Pater empiricus est, fateor, empiricæ centuriæ. quid tum? an propterea reprehēdendus? Ars medica nón ne experientia & obseruatione nata? Medicus nónne is solus secundæ fortunæ flatu medici-

nam

nam factitat, qui experientia lō-
goq; rerum usu est excellens?
Experientiam ἄνου προϋπαρχούσης
τῆς γνώσεως nulli vero medico ꝓ-
bandam approbo. Apodicticá
volo experiẽtiam, sine quâ nul-
lum medici titulo cohonestan-
dum censeo. Sit ergo adhuc pa-
ter Empiricus, quia medicꝰ ve-
râ experiẽtiâ excultus. Sint Cē-
turiæ empiricæ; quia veris ex-
perimentis rationibus demon-
strãdis repertæ. Quid opus est,
theorica admiscere practicis?
Partes artis summo studio non
ne distinguendę? φυσιολογικὰ di-
rimenda à pathalogicis? Hæc
à therapeuticis? omnia semel
ne ταυτολογεῖν videamur? Si desi

 deratis

deratis theorica, theoricos e=
volvite libros, ſi nõ devoraſtis
deuoráda. Velim ego vobis præ
cini dictum vetus: Loripedem
rectus irrideat, Æthiopem al=
bus. Mirè enim vobis placen=
tes & omnia vobis tantùm tri=
buentes, nihil aliud niſi fal
ſam empiriam ſapitis. Si vobiſ
cum diſſeritur, vix puerilis rati
uncula à vobis extorquetur
hâc refutatâ, ad Galenum medi
cinæ noſtræ autorem ad cœlos
uſq; nobis meritò extollẽdum
tanquam ad extremum κρησφύ
γετον confugitis. Veſtræ curatio
nis ſi deſiderantur cauſæ, nihi
item aliud niſi ſolam experien
tiá & occultam proprietatem
inferr

inferre ſoletis. Imò nulla vobis ſunt tam ſimplicia quàm compoſita medicamenta, quorum rationes reddere firmas poteſtis, quam ob rem huic potius quàm illi medeâtur affectioni. Solâ & unicâ experientiâ hæc habetis perſpecta. Ampliùs cauſas morborum penè omnium rariſsimè rationibus apodicticis vel φαινομένοις ullis demonſtratis; veſtrâ duntaxat empiriâ eas munire conamini. En vos Empiricos? Curationes patrias à ratione alienas, & præceptis Hip. & Gal. aduerſantes nugari pergitis. Effrænatam maledicendi veſtram licentiam & cõtumelioſas voces video, argu-

menta nulla. Calumnias audio, ſed cauſas calumniarum nullas. Proin quàm facile hoc à vobis aſſeritur, tàm facile à me diluitur. Palmam vobis dabo, Sycophantæ, ſi veris argumẽtis probaueritis, patrem παρὰ λόγον curaſſe. Curet parens quandoque contra monumẽta Hip. & Gal. (quod tamen adhuc vobis incumbit probandum) quid tum poſtea? an Gal. αὐτὸς ἔφα, nec unquam eſt hallucinatus? Ne ambigatis, ſi artis eſt, autoritatibus diſceptare, & molem teſtimoniorum Gal. & Hip. coaceruare, me parentem vobis alicubi cõtra Gal. errantem citra rationes etiam autoritate veterum inpri-

mis Galeni defenſurum eſſe. Sed lividi eſtis, & veſter livor patria inviſo carpere dente ſo=let. Alij, cachinno potius explodendi & ferulis caſtigãdi, quàm ſanis philoſophorum rationib. redarguendi. Nam medicamenta paterna, quorum paſsim facit, facietq́; mentionem, Noua veteribus inuſitata, ideoq́; ve=nenata & cum extremo vitæ ægrotantium diſcrimine con=iuncta, ἀναποδείκτως effutiunt. In quem hoc annituntur finem? Vt patria patremq́ue in ſummã adducant invidiam; eum fama celebri & fortunis qualibuſcũque ſpoliẽt; atq; ſe ſuosq; (quãdoquidem in bonis artibus per

infinitos annos non tantũ profecerũt, ut iusto titulo spartam honestam cõsequi possent) dolo malo surrogãt. Conatus & finis laude dignus & cruci suffigẽdus, Fatentur maleuoli & fateantur necesse est, patria sibi medicamenta incognita esse: nihilo tamen minus venenata ea indigitare atq; proclamare non erubescunt. O' ora impudẽtissima, O' sycophãtas flagris dignissimos. Qua fronte, quæso, de medicamentis, quorum ne hilum cognitum habetis, sentẽtiam vestram fertis? Nihílne legum humanarum atq; divinarum, quæ omnes calumnias omniaq; mendacia prohibent?

Nihil DEI opt. Max. nihil peritiorum & bonorum virorum, qui vestram fallaciam, & iniquissimam proficiendi viam & audiunt & vident, autoritas? Quousq; tandem abutemini silentio nostro? quamdiu DEVM unum & trinum? quamdiu viros bonos conuitia ista eludent vestra? quem ad finem se iactabit, & quid quæret animus vester audacissimus? Probate dum vigetis, si boni viri, ijq; eruditi haberi vultis, ita esse, quemadmodum diabolicâ perhibetis linguâ. Mittite clandestina conuitia, & in publicum prodite certamen. Hoc enim dignius est obtrectatoribus, qui Christi

ani & medici volunt haberi. Artis enim non eſt aliorum reprehendere dicta: ſed ratio inſuper reprehenſionis reddenda. Prætereo alias quorundam medicorum contumelioſas voces, quas in patrem patriaq; congerunt pharmaca. Illud tantùm mirari ſatis non poſſum, quo ore thraſones iſti nugaciſsimi Aquam antipodagricam patris ſpernere & minimi facere audeât? Interrogati ab ægris num tutò ea adhiberi poſsit, reſpondent ſuo more, ſtolidè: adhibitá non modò non prodeſſe, ſed paralyſin, hunc & illum affectum mortemq; ipſam inferre mentiuntur. Tam inepta de aqua

antipo-

antipodagrica ut & de reliquis pronunciant, cùm tamen optimè nôrint, ne gry quidem eorum ipsis esse perspectum. Penes te iam sit opt. Lector, iudicare, an hoc sit boni viri. Iam tectè & παρέργως, si apertè & fusiùs cum maleuolis egero, dabo operã ut quàm boni viri ij sint, quamq́; pacis & veritatis studiosi, omnibus bonis æquisq́; hominib. innotescat. Gratius autem nihil unquam neq; iucũdius quicquam obtigisset, si quoniã adeò proni sunt ad reprehendendum quiduis, & ad insidias nobis struendum propensi, in publicum prodirent, & putidas atq; ieiunas calum-
nias

nias demõstrarent. Quid viriũ & efficacitatis aqua antipodagrica habeat, Cẽturiæ Medicæ testantur: exempla quotidiana perhibẽt: atq; ij qui eius ἐνέργειαν experti sunt, testes sunt locupletes; adeò, ut hos lividos sycophantas & mendacij & impudentiæ conuincãt satis. Omnes sanare impossibile est. Et stultissimum, errorem curæ in medicinam transferre; cùm culpa vel in τὰ ἔξωθεν vel in τὰ ἔνδοθεν conferenda. Quare melius isti thrasones sibi suoq; nomini cõsulerẽt, si boni viri officio satisfacientes censuram istam ineptam continerẽt, ut maleuolentiæ testem, sic stultitiȩ suæ indicem

cem ac leuitatis. Alij in patrem paulò iuſtiores, præclara quidē eruditione ornatum, & in arte medendi inprimis verſatum quodammodo commendarūt, quòd viderent artis opera cum ſcriptis conſentire, & ea quotidiè felici rerum ſucceſſu confirmari, & indies magis illorum veritatem elucere; ut conſcientiâ victi non poſsint nec audeāt vel calumnijs vel ullis ineptijs ea convellere. At illud patri vitio verti putant, quòd ſua peculiaria medicamenta afflatu diuino excogitata, & apud infinitos dextro Apolline ritè cōprobata, ſibi quaſi theſauros recondat, nec publico mortalium cō-

modo cognita invulgataq́; faciat. His responsum volo, patrē nil à veterum medicorum consuetudine alienum moliri. Constat etenim viros olim medicinæ celeberrimos præcipuam curam, summumq́; studium in eo posuisse, ut ad difficiles quosque affectus peculiaria sibi remedia machinarentur, ut felici operum euentu, nominis sui dignitatem & gloriam augerent. Atq; illa unusquisq; domi conficienda curauit, & tanquam arcana sibi reseruauit. Nec eadē, nisi lōgo annorum interuallo, aut morte, aut precibus, aut pretio, aut alio legitimo vel illegitimo modo manifestata sunt.

Proin patrem hos imitari cur dedeceat, si veteribus idem ignominiosum non fuit? Quid dicam de nostræ memoriæ medicis, qui adeò infideles, ut etiã euidentia studiosos celent: pretiosa nec pretio nec precibus eisdem patefaciant. Imò nõnullos reperire licet, qui adeò sunt infidẽtes felicitati hominum, ut eiusmodi pharmaca secum morte perire malint, quàm ut communi Reipub. emolumento detegant. Tanta inuidia parens non ardet? Sed hactenus sua pharmaca bonis viris, ijsq́; literatis vel gratis vel pretio iusto communicauit, communicaturus etiam pari conditione dein-

deinceps. Sua verò medicamē-
ta in publico ob certas causas
hactenus occultata tectaq; vo-
luit: maximè, quò eadem pluriū
ægrotantium testimonio ac sa-
lute confirmaret, atq; aliorum
exploraret iudicia. Et quamvis
omninò patria arcana apud pu-
blicum conticescerent; tamen
quam obrem probrum patri, la-
bem centurijs, infamiam secre-
tis inferant, nō video. Sic enim
alijs ingenij acumine excellen-
tibus, doctrinâq; excultis viris
ad intima naturæ penetranda,
ad secretiora naturæ pervesti-
ganda ansam præberi: sic igna-
vos, qui furtivis remediorum
formulis insolescunt solis exci-
tari:

tari:ſic inertibus & clenicis mulierculis occaſionem τῦ περὶ τὸς κάμοντας ἁμαρτάνειν præripi:ſic artem noſtram paſsim ab impoſtoribus & ἀλόγοις βαναύσοις cōſpurcatam & in condemptum ac deſpicientiam fermè adductam, magis admirandam & ſuſpiciendam reddi puto. Nō dubium autē eſt quin parens breui annorum curriculo expeditis expediendis abſconditos ſuorum medicaminum fontes certò aperire velit. Neceſsitas poſceret eis etiam reſpōdere potiſsimùm, qui methodum medendi patriam veterum planè contrariam ſtatuunt: quòd videl. protinus ab initio euacua

tionem moliatur; nulla naturæ concoctione expectatâ, nullâ etiam tum humorum tùm viarum præparatione præmissâ. Verùm cùm de præparationib. humorum, deq; digestivis & purgatione in principio morbi instituendâ in sectione nostrâ quæstionum medicarum physicarum controuersarum prima agatur, ne in immensum excrescat epistolium, iam isto labore supersedebimus. Intereà hoc sciant maleuoli, se carnifices potius agere, quàm medicos, dum tot syruporum pręparantium administratione ægrũ παρὰ λόγον excruciant: facultates ventriculi oppidò labefactant:

ctant: ἰνκαιρίαν medendi ſatis a-
liâs lubricam elabi ſinunt: & hu
mores antè excretioni habiles
ad expeditam euacuationem
adornant. Taceo Gal. & Hip. in
plurimis locis ab ijs diſſentien-
tes, ut neſciam ſanè, à noſtris
quàm ipſorum potius ſtent par
tibus. Nō hominis, nedum me-
dici nomine digni, qui patris ἰν-
πόειςα, vulgo nota quædam, de-
ſpicatui ducunt. Nonne unicâ
ſæpiſsime & ſimplici medicinâ
meliùs citiusq; morbis occur-
ritur, quàm ex multis & diuer-
ſis compoſitâ. Scelus eſt Ar-
noldo, compoſitis uti medi-
camentis, cùm ſimplicia pa-
rabilia iuvare queunt. Sanè nō

iniuria. Tāta enim ſimplicium congeries omnibus pijs medicis ut peſtis immanis, deteſtanda non modò ſanitati recuperāde, verùm & potiſsimùm fortunæ ægrotantium ſummopere nocet. Etenim ſi diuerſarum virium ſimplicia conglutinentur, eorum copulatione & artificioſa miſtione aliter fieri non poteſt, quin aut nullus aut novus planè, aut morbo vel fovendo vel leuiter profligādo accōmodatus, aut omnium omninò hebetior prodeat effectus. Accedit pharmacopolarum negligentia, & verſuta nocēdi ratio; qui in iſto remediorum cumulo vel data opera vel multitudi-

ne ſimpliciũ hallucinantes: aut ἀντιβαλλόμενα non cuivis obvia; aut alia morbo incrementum concedentia ſubſtituũt: aut eadem in receptis cõtẽta, ſed rancida depromunt. Taceo eorum aſtutiam, ſæpiùs quàm par eſt in ſimplicium coaceruandorũ quantitate deprehenſam. Vbi ſæpè tenuia & exigui precij medicamenta quantitate ſuperant pretioſa & nobilia in maximà definita doſi. Taceo ſumptus effuſos, quibus pharmacopęos duntaxat locupletant: miſeros interim ægrotantes non ſolùm pecuniâ emũgentes, ſed etiam peſsimè de ſalute reſtauranda ipſis conſulentes. Vnde nõ mi-

rum eiuſmodi medicos, qui in pharmacopolis, quorum beneficio quandoq; percrebeſcunt, ditandis omne ſtudium conſumunt ſuum; tandem iacere atq; contemni. Taceo deniq; ſi contrariarum virtutum ſimplicia colligantur, & in unum compoſitum conijciantur. Tametſi enim ea ſeorſum comperta ſint, ſimiles edere effectus, plerunq; tamē tacitis etiam quibuſdam iuribus omninò diſſentiunt, ut idcirco, ſi in unum compoſitū tum concurrant, non ſe iuvent, atq; corroborent: ſed contrà perimant atq; pervertant. Ita ut ubique tot ſimplicibus congeſtis

ſtis in unum mihi planè per-
ſuadere nequeam, ſperatum ef-
fectum eumq́ue felicem ſequi:
multò minus illa omnia inte-
gras ſaluasq́ue vires in com-
poſito retinere, easq́ue adhi-
bita exercere, maximè ſi u-
num alteri quantitate maio-
re antecellat. Sed de his a-
libi uberius. Sufficit male-
uolis noſtris παρέργως reſpon-
diſſe: vel potius ad placidā diſ-
ſertationem, cùm Rulandis in-
uideant, odioq́; eos proſequan-
tur, & patria ἀναπωδείκτως taxēt,
euocaſſe. Tu, optime Lector,
hæc in præſentia æqui boniq́;
conſules: nec maleuolorum

illorum mores æmulari ſtudebis, qui inteſtino velut flagrantes odio, aliena duntaxat opera vellicare atq; inſectari, diaboli more, norunt. Vale plurimũ, & utrinq; ampliora expecta.



D. MARTINO RVLANDO PATRI, viro Magnifico, perdocto, peritiſs. Medico excellenti, phyſico Palatino & Lauingano S. P. D. Andreas Libauius Med.

D.

QVamquã ego te, Rulande Clariß. amice, (ita.n. te in poſterũ apellabo, quando quidem amicitiæ inter nos noſtræ iacta puto fundamenta non pœnitẽda) ut primis meis ad te literis indicaui, & ex filij ingenio præclaro cognoui, & libris, qui res tibi geſtas feliciter

& egregiè continent, perspexi: eminere tamen apud me indies magis magisq́ & elucescere incipis, cùm video, quod summæ cuiusq; philosophi ac medici virtuti se opposuit, id tibi nō deesse. Agnoscis quid designē. Inuidia & maleuolentia monstro nomen. Hoc, quò quid diuinius, eò magis id arrodere solitum est: adeò consuetè, ut si desit alicui is morsus, iudicio certo constet, nondū ad summum synceræ virtutis apicem, imò neutiquam ultra vulgus ascēdisse illum ipsum. Fatale hoc illi vicißim malum est; suo nē-

pe i-

pe ictu maloq́; efficere, ut quod demensum proiectūq́; cupias, emergat magis et luce meridiana clariùs innotescat. Admirari itaq́; incipio virtutē & excellentiam tuam, postquā sentio dentibus maleuolorum te subiectum esse. Aiunt illi, tanti non esse medicinam tuā, quanti perhibetur, seu tuo seu aliquo testimonio. Aiunt momotheologastri, rabulæ, medicastri tales omnes, ut nunquam ex vulgo exerere caput contenderint neq; potuerint, quamquā de theologastris & rabulis de aliena crepida stolidè iudican-

dicantibus non laborandũ est. Medici, si qui sunt, ab hoc crimine debebant esse alieni, quã quã & illos proverbialis quædam ignominia notauit, qua dicitur, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ ἰητρὸς ἰητρῷ. Tu verò, Rulande, neglectis his muscis perge ingenio tuo, & factis rẽ medicam illustrare, contentus paucis ijsq́; peritis iudicibus. Multitudo quem commendat, ei hoc ipsum κακοτεχνίας infallibile argumentum est, ut inquit Athenæus, Vulgus vagatur opinãdo. Facilè laudat, facile vituperat rursum. Vnde

iu-

iudicium eius viris præstantibus adeò inuisum est, ut ignominiæ loco reputent, si quem populus commendat. Nosti illius philosophi à multitudine celebrati dictũ, τὶ καλὸν πεποίηκα; ἐπιστήμῃ γὰρ δεῖ κρίνεσθαι, οὐ πλήθει τὸ καλῶς κριθησόμενον. *Ego sanè non commoueor eiusmodi blateronibus & sycophantis. Rem ipsam intueor & divinam potentiam nondum in omni medicina satis exploratam. Curas hydropas Extracto Esulæ. Quis medicorum ignorat bono usu vim eius medicinæ hanc esse? Oleo Heraclij*

dolo-

dolores dentiũ, Epilepſias, difficiles partus, &c. feliciter tollis. Si, quod puta, materia eius aliqua eſt, vitriolum, nemo peritus mirabitur. Vis eius perſpecta & comprobata. Tibi benè præparanti & feliciter utenti poſt DEVM OPT. MAX. *gratia. Aqua antipodagrica te non omnes curaſſe inquiũt. Inquam viciſsim ſat præclarè munitam eſſe illam aquam, felicitatis tuæ exemplis, ni fallor, decem deſcriptis prima & tertia Centuriis.*

Omni indiuiduum ſeruare aut reſtituere, medicinæ noſtræ

con-

concessum nõ est. Sunt alij, qui sponte conualituros & iam sine opera nostra in scriptis nostris notari aiunt, omissis perditis. Stultorum hic sermo est, quorum iudicia ferulis, nõ philosophorum rationibus sunt coercenda. Sed tu ipse satis nosti eiusmodi malè feriatis ocurrere. Ego indicare tibi paucis volui, quo pacto soleam confligere cum virtutum magnarum osoribus, quodq; de te non iudicârim ex fortuito euentu, sed rerum veritate, quæ spectatur in ipsis. Porrò si quid valeo iudicio, censeo publico committendas

tendas esse descriptiones medicamentorum tuorum, ut iudicare doctis apertè liceat, & te defendere. Debes hoc medicinæ nostræ, ut tuo quoque ingenio crescat. Debes saluti communi, cui potissimum post DEVM OPT. MAX. *natus es. Hæc vetat occulta habere, quæ* DEVS *ipse manifesta voluit. Nec tam lucrum quàm publicum emolumentum esse respiciendum nosti, quamquam te puto ab animo lucrandi multum abhorrere. & cæt. Sed præter hæc etiam alia confabulari tecum lubet. Extractum Esulæ placet*

mirificè. Curaui id fieri secundùm descriptionem Quercetani. Tua quæ sit aueo scire. Aquam mercurialem docet conficere Hieronymus Rubeus & Dornæus. Sed & hanc ex te discere mallem. Aqua ophthalmica etiam subiecta est maleuolis. Aiunt enim quendam penitus visu orbatum eius usu esse. Ineptorum hominũ ineptum iudicium est. Sed ego si scirem quidnam esset, obÿcerem tum naturam rei, tum experientiam magnorum virorum unà cum mea: atq; ita ostenderem malè accusari me-

dicinã, ubi erratum peregrinũ usum rerum labefactat. Quidam boni viri putant, ideò nõ admittenda esse medicamenta tua, quia recentia sunt, & vix pridiè cognita. Ego illorũ simplicitatem ridere soleo: si Myrepsij pharmacopæam cognouissent, aliter sentirẽt. Sed mi Rulande, ne te occupatũ detineam, vale, & hanc meam pro te apologiam boni consule. Faciam ut amicum decet: modò is sim, qui inter tuos tibi placeat. Iterum vale, & me ama. Roteburgi ad Tubarim, 26. Maij, Anno 1592.

CVRATIONVM EMPIRICARVM ET *Historicarum in certis Locis & notis Hominibus probatarum,*

CENTVRIA SEXTA:

Autore

Martino Rulando Patre Medico Palatino & Lauingano:

Operâ & studio

Martini Rulandi Filij Med. edita

CVRATIO PRIMA, *Gonagræ atq; chiragræ.*

NObilissimus dux quidã diuturnis & acerbissi- *Gonagra. Chiragra. Podagra.*

Ee 2 mis

mis gonagræ atq; chiragræ do-
loribus ardebat, & ad eos miti-
gandos varijs variorum medi-
corum & hominum empiricè
& παρὰ λόγον consulentium re-
medijs utebatur: quibus quan-
doq; aliquid levaminis sentie-
bat; quandoque dolor inde nõ
modò nõ remittebatur, sed do-
loribus pedum manuumq; ita
cruciabatur, ut de vitâ ad sexa-
gesimum usq; annũ laudatissi-
mè perductâ spem omnem abij
ceret. Aquam nostram antipo-
dagricã noverat: sed, cùm de
usu & efficacia eius, utpote me-
dicinæ novæ & nunc demum
inventæ dubitaret, ut vir prudẽ
tissimus medicorum quorun-
dam

dam de prædictâ aquâ ſententiam expiſcatus tam diverſam, tantæq; inuidiæ, impudicitiæ, & ineptiarum plenam audivit; ut maluerit uſum in aliud reijcere tempus, ſæuosq; iſtos dolores perferre, quàm novã medicinam noſtram tutiſsimam, à medicis verò illis ineptiſsimè & impudentiſsimè nauci ductam adhibere. Tandem cùm extremè periclitaretur, dolorũ cruciatibus penè confectus, nos accerſendos curat: advenientes medicinam noſtram procraſtinare voluit. Inſedit enim ipſi adhuc praua de nobis ſuſpicio. (tantum pollet, tantumq; virium habet diabolica maledi-

cendi noſtræ ætatis conſuetu-
do.) Verùm noctu cum mortẽ
perſentiſceret, mavult hoc ἔσχα-
τον φάρμακον ἐς τὰ ἔσχατα νοσήματα
experiri, quàm tantis cruciati-
bus, quibus iam iam ſuccumbe-
bat, vitam cum morte commu-
tare. Exuſcitati itaq; noctu va-
rijs hominum dictis malis labo
rantium & σὺν θεῷ aqua noſtra
alijsq́; remedijs ritè in integrũ
ſanitatis ſtatum reſtitutorum
exemplis animum erigere, &
prauas iſtas de nobis noſtraq́;
medicinâ opiniones à medicis
lividis ortas ex animo evellere,
quàm diligentiſsimè anniſi ſu-
mus, filium meum per integrá
noctem linteolis articulis mẽ-
briſque

brisq; affectis accommodatis, singulis horis, vel quotiescũq; arescebant aquâ nostrâ imbutis, ab altero & dextro pede dolore grauiori infesto, ad manus dextræ carpum irrigãdum progressum Ducis curã habere iussi. Manè experrectus de statu aduersæ valetudinis sciscitor: ubi ægrum bellè habere, dolorem & cruciatum omnem ope nostræ aquæ & auxilio divino ademptum percipio. Aeger ex falsa medicorum persuasione antè de me malè sperans, nunc satis me amore & benevolentiâ complecti: & medicinã Dei omnipotentis satis prædicare nequit. Horâ abhinc unâ atq;

alterâ pedi manuiq; alteri affe-
ctis eandem medicinam (non
autem simul uno & eodem tẽ-
pore; sed unâ parte dolore libe-
rarâ ad aliá applicabatur phar-
macum (per filium applicandá
curauit, cum pari & velociori
successu: ita ut liberè & expedi-
tè per dicta vitia obambulare
potuisset (ambulabat quidem
altero statim die, sed duob. in-
nisus famulis) nî vires per septẽ
septimanas plus minusq; acer-
bitate dolorũ, spiritus & calorẽ
roboris naturæ fulcimenta dis-
sipantiũ, nimis fuissent fractæ.
Sed per diætam cõvenientem,
viribus restauratis & discussis
ijs quæ hos affectus insequi so-
lent,

lent, octavo posteà die domum cum integra sanitate est reversus. Deo omnipotenti medicinæ creatori sit laus, honos & gloria in omne æuum. Amen.

His ita ex voto peractis, quávis universalia (iuxta axioma tum logicum tum medicum, non κατὰ παντὸς, sed ὡς ἐπὶ πολὺ observandum) præmittere particularibus in animo habuerimus, corpore senili & cacochymicis ac vitiosis humoribus referto illud indicante: urgéte tamen necessitate & dolorum vehementia ἀντιπεπιδαξάση nostram medicinam topicam in nomine IESV adhibuimus felicissimè. Dedimus autem consiliũ,

noſtrum ante diſceſſum, ut cor=
pus à ſeroſis atq; bilioſis humo-
ribus arthriditis ſpecies fermè
omnes cauſantibus, venę ſecti-
one & convenientibus reme=
dijs euacuandum permitteret.
Alioqui vix fieri poſſe, ut non i=
terum atq; iterum mali fomi-
te & in habitu corporis & in ve
noſo genere abundante arthri=
tidis ſpecies prædictæ redeant.
Nobis hoc conſilium atq; pro=
gnoſticum pronunciantibus ac
domum reuerſis: ecce, quatuor
decim diebus à curatione ma-
la eadem ἀναποδίζουσιν, nec medi-
caméto antipodagrico noſtro,
nobis abſentibus perperàm af=
fectis locis accommodato, μήτε

τοῦ νοσέοντος, μήτε τῶν παρεόντων, μήτε τῶν ἔξωθεν τὰ δέοντα ποιεύντων ita fausto eventu cedunt. Malè itaq; à malevolis nonnullis nostra hæc medicina incerta, dubia & periculosa, nec non momenti nullius habetur: quòd non omnibus auxilietur: aut ita opituletur ut nulla ὑποστροφὴ deinceps sit pertimescenda. Quis medicorum corpori, annis, multo labore, doloribus, ægritudinibus diuturnis & ἀνιάτοις fracto, solo topicô nullis medicamẽtis radicitùs sentiná mali exhaurientibus vel mineram eius duntaxat minuentib. intrò assumptis mederi audet? Quis omne singulare sanare potest?

teſt? Quid ineptius quàm medicinam falſam & incertam diffamare tum, quando malum ſecundûm animum ægrotantis non protinùs tollit id, cuius depellendi nomine adhibetur? quid magis deteſtandũ, quàm culpam τῶν σφαλμάτων in curis contingentium in medicum τὰ δέοντα pro virili ποιοῦντα, & in medicinam trásferre? cùm potius in τὸν νοσέοντα καὶ τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν ſit derivanda. Sed medici prudentis eſt (quia mundi huius hic mos) vulgi & imperitorum iudicia non animo effœminato pertimeſcere, verûm infracto & forti fabellas & obtrectationes maleuolorum contẽnere,

nere, conſcientiâ rectè actorum fretus.

CVRATIO II,

Podagræ.

Podagra. Antonius Relial.

ANtonius Relial mercator Auguſtæ opulentiſs. annos natus triginta ſeptem, magnos articulorum dolores habebat, medicos cõſulebat; ſed medicinã hi fruſtrà parabant. Quare Aquâ noſtrâ, licet medici ineptè diſſuaſerint & ſtolidè contempſerint, uti fuit coactus: atq; breui dierum curriculo priſtinam ſanitatem recuperauit. Deo omnipotenti laus & gloria ſit in ſempiternum, Amen.

CVRATIO III,

Lumbrici, Ventris tumor.

Lumbricorum, ventrisq; tumoris.

PVer quidá duodecim annorum infeſtabatur lumbricis: cui hiſce paucis ſuppetias attuli.

Catharticum.

Cõſervę Benedictæ ſcrup. ij.
Lactis recentis uncias duas.
Miſceantur, & fiat Hauſtulus.

Hoc exhauſto, totâ vermiũ colluvie illicò expurgata, ventrisq; tumore ſubſidente, priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus.

CVRATIO IV,

Ἀγρυπνίας παρὰ φύσιν.

Cui-

CVidam militum duci assiduis vigilijs affecto bre cui σὺν θεῷ medebar, sumendo: *Vigiliæ.*

Hypnoticum. *Hypnoticũ.*

Bismaluæ,
Chamomæl. ana M. iij.

Decoquantur in s. q. aquæ, cuius decoctione vesperi cubitum iturus per horæ quadrantem crura imposita abluebat: ac posteà lectum ingressus confestim somno se dedebat ἀγρυπνίᾳ præternaturali depulsâ.

CVRATIO V,

Diarrhææ, Asthmatis, *Diarrhœa.*

QVibus tenebatur adolescens octodecim annorum; sed ipsi subveniebã hoc pacto. *Asthma.*

Sudo=

Sudoriferum,
Vomitoriumq́;.

R. pul. rad. aſari drach. ſem.
Aquarum hyſſopi,
Praſsij,
Meliſſæ,
Carduibenedict. ana un j.

Miſceantur, fiatq́; potus; quē calidè in lecto ſumpſit ieiunus, & affatim ſudauit cum copioſa per vomitum excretione.

Diæta.

Cibus erat ſiccās & ex aqua chalibeata præparatus. Potus, Aqua & vinum rubeum à chalybe candenti diarrhœam ſistēdi facultatem ſortitum. His exinde remedijs æger triduo cōvaluit.

CVRATIO VI,

Febris Tertianæ.

Febris Tertiana.

DVcem militum vulgô capitaneũ 39. annor. corripientis: sed eidem restiti sumendo.

Sudoriferum,

Aquæ centaurei minor lib. j s.

Pro tribus vicibus, quinque aut sex horis ante paroxysmum sumendis calidè, & multis horis in lecto multùm sudando. Sic itaq; iste protinus à febre liber euasit, sine aliorum pharmacorum usu.

CVRATIO VII,

Colici & Iliaci doloris.

Colicus & Iliacus dolor.

IN multis cum felicissimo successu, DEO auxiliante, cõprobata.

Clyster.

Clyster.

R. Decoct. tapsi barbati
Flor. Chamomæl. unc. vij.
Ol. chamomæl. unc. v.
Vitell ovor. numero j.
Salis ʒ j.
Sacchari rubei unc. sem.
Benedict. laxat. unc. j.
Diagrydij gran. vij.

Misce. Fiat Clyster, quo ritè adhibito plurimi ægri præsentaneum sunt experti auxilium.

CVRATIO IIX,

Pulmonis & Pectoris mala.

Pulmonum atque pectoris affectuum penè omnium, Asthmatis, Tussis, & cæt.

CVm plurimorum mortalium etiam extremè di-
ctis

ctis affectibus laborantium ſa-
lute & incolumitate feliciter
comperta.

Purgatorium holagogum. *Purgatoriũ holagogũ.*

R. Aquæ Benedictę à drach. j. ad unc. j.

Hæc πανάκεια Pulmonum & Pectoris mala mirè ſubleuat.

Poſtridie exhibendus ſequẽs puluis, isque à ſcrup. ſemiſs. ad drach j. per ſingulos dies manè ac veſperi, uſque ad morbi declinationem cum vino albo, iuſculo aut grato aliquo liquore. *Puluis purgans.*

Puluis Purgatorius. *Puluis purgatorius.*

R. Cardobenedict.
Synap. ſylueſt. ana ſcrup. ij.

Piperis longi ſcrup. j.
Fol. ſenæ mundat. à ſtipi-
tib. drach. ij.
Aniſi drach. s.
Diagridij ſcrup ſemis.

Fiat puluis ſubtiliſs. commiſcendo benè omnia. Atque hiſce paucis perplures priſtinę integræq; ſanitati reſtituimus.

CVRATIO IX,
Aſthmatis ſuffocantis.

Aſthma ſuffocans.

QVendam mortalium 36. annorum affligentis. At curat9 fuit Laconicè & integrè Deo iuvãte hoc modo.

Purgatorium.

R. Aquæ Benedict. uncias iij.

Iſta potio mirabiliter tribus ho-

horis omnem ſpirandi difficul-tatem ſummovebat, & homo priſtinam recuperabat ſanitatem.

CVRATIO X,
Pleuritidis. *Pleuritis.*

QVa laborabat mulier quædam 50. annorum, ſed in prandio cœnaq; uſa decocto Cardomariæ ſtatim convaleſcere cœpit.

CVRATIO XI,
Tertianæ febris, *Tertiana febris,*

QVa laborabat adoleſcẽs 16 annorum, & ab ea, diuina affulgente gratia liberabatur breui hoc & legitimo medendi modo.

Sudoriferum.

R. Aquę centaur min. unc. v.
Rad. aſari pul. ſcrup. j.

Miſcendo fiat Hauſtus, quo ſumpto calidè, ſeptem ante paroxyſmum horis, ſudauit in lecto, vomuit cum febris magno levamine.

Diæta.

Decoctum hordei. Potus erat Decoctũ hordei in febribus propulſandis & earundem ſymptomatis mitigandis, in primis caloris ferociâ demulcendâ admodum efficax.

R. Hordei mundi lib. s.
Liquiritiæ raſæ unc. ſemiſs.
Sem. fœniculi
Petroſeli. ana drach. 15.
Hyſſopi,

Car-

Cardobened.
Scolopendr.
Roſar. rubear.
Violarum ana M. s.
Ficuum numero xiij.

Decoquantur lento igne in aquæ fontanæ lib. xiij. ad conſumpt. lib. 1. Fiat Decoctio.

Supra carpum utriuſq; manus manè & veſperi ſequens Emplaſtrum, quo per διαστολῆς cordis motum calor noſter innatus mirè refocillatur, & paulatim ad ſuam naturalem κρᾶσιν febrili calore extinctô reducitur, adhiberi curaui.

Emplaſtrum contra Febres.

Emplaſtrum.

R. Burſæ paſt.
Rutæ

Saluiæ ana p. j.

Contundantur cum aceto albo vel rosaceo forti in formã Emplastri.

Atq; hæc erant, quibus, Laus Deo uni & trino, febris hæcce restincta est feliciter.

CVRATIO XII,

Orthopnœa,

Orthopnœa.

QVa cruciabatur mulier 70. annorũ; sed cõvalescebat hisce paucissimis quantitate, ac virtute præstantiss.

Purgatorium.

R. Conser. Benedict. scrup. ij. cum vini ℥ iiij.

Tertio tantundem capiebat, & quarto die mirè sanabatur. DEO sit gloria.

CVRA-

CVRATIO XIII,

Pleurisis,

Pleurisis.

CVius sæuis symptomatibus vir quispiam 45. annor. extremè pericl.tabatur.

Purgatorium & Vomitorium.

R. Aquæ Benedic. unc. iij. Cinnamomi aquæ drach. j. s. Misce.

Hunc virum deploratæ valetudinis exilibus istis in pristinũ sanitatis statum restitui : quod vix alij maximo & sumptuoso pharmacorum apparatu (rumpantur licet momi) præstare queunt. Sit μόνῳ τῷ θεῷ δόξα.

CVRATIO XIV,

Peripneumonia.
Asthma.
Sputũ sanguinis.
Sitis.

Peripneumoniæ, pulmonis inflammat. Asthmatis, Orthopnœæ, Sputi sang. Sitis.

HIsce grauissimis & exitialibus affectibus atq; symptomatis cruciabatur senex 72. deploratus. Ego accersitus hisce pauxillis curam sum auspicatus.

Purgatorium panchymagogum.

R. Spiritus vitæ aurei unc. j.

Capiebat manè, & sequebatur felicissima cùm per superiora tum inferiora operatio malignorum & tenaciss. succorum: tertio die tantundem sumebat felici cum successu. Quinto die venam

venam nigram ſecandam curavi. Septimo die à mortuis velut excitatus convaluit.

Diæta.

Potus erat Decoctum Hyſſopi.

CVRATIO XVI,

Tumoris ventris & faciei, ſpirandiq; difficultatis.

Tumor ventris, faciei, & Spirandi difficultas.

HÆc mala puellá 3. annorum infeſtãtia ſuſtuli, ſumendo.

Catharticum.

R. Conſervæ Benedictę quã titat. duorum piſorum.

Hydromelitis unc. ſemiſ.

Miſcentor.

Tantũdem per biduum manè bibebat; ac exinde noxijs ex-

expurgatis libera ab iſtis euaſit malis.

CVRATIO XVI,
Aurium doloris & Apoſtematis.

Aurium dolor. Apoſtema.

STudioſus quidam bonarũ artium conquerebatur de iſtis aurium affectibus, eorumq́ue à me leuamen petebat ſedulò. Subuéni, hanc viam ingreſſus.

Otenchyta.

Otenchyta.

R. Olei amygdalar. amarar. q. ſ.

Huius guttá uná atq; alterá tepidè auri utriq; inſtillari iuſsi, idq́ue quotidie bis, manè & veſperi. Inde ſoluto apoſtemate dolor euanuit omnis.

CVRA.

CVRATIO XVII,

Auris alterius magni cruciatus.

MVlier quædã, 32. an. τῶν ὤτων πυρωδυνίᾳ crucia=batur mirè: me tamen usa medico omnem hoc pacto breui absterſit dolorem.

Suffitus.

Sumebat meo conſilio oleũ rutaceum, in quo calcẽ ferratũ veterem ignitum extinguebat; atque infundibulo ſuperimpo=ſito fumum euaporantem aure dolente capiebat, ac eo modo à cruciatu liberabatur.

CVRATIO XIIX,

Pleuritidis ſiniſtri lateris, *Pleuritis.*

MVlierem 40. annorum affligentis, à me autem ad=

aduocato, DEO opitulante ſic depulſæ.

Purgatio.

R. Aquæ Benedict. unc. ij.

Hac exhauſtâ ſtatim rectè valere cœpit, corpore probè expurgato.

Diæta.

Potus fuit Decoctio Cardomariæ cum conſerua roſarum.

Phlebotomia.

Sex horis peractis ab aquæ Benedict. exhibitione (exhibebam autem manè) venam nigram ſecandam curavi.

Fotus.

Lateri porrò dolenti ab initio tale præſcripſi fomentum.

R. Abſinthij M. iij.

Olei communis,
Aceti ana p. æ.
Decoquantur ſimul; & applicentur manè & veſperi parti affectæ.

Sudoriferum. *Sudoriferũ.*

Poſtremò à corporis eiuſmodi euacuatione per aliquot dies ſequenti uſa fuit Hydrotico.
R. Rad Aſari
Raſuræ lig. S. ana unc j.
Flor. Centaur. minor. M s.
Bugloſſæ P. s.
Infundantur per noctem in aquæ & vini ana lib. ij Pòſt decoquantur ad medietatem. Ex hac decoctione manè in lecto capiebat unc. vij. calidè, ac ſtrenuè ſudabat. Sicq; ad integrum ſani-

ſanitatis ſtatum redibat

CVRATIO XIX,

Vermes. Tumor ventris pedumq́.

Vermium, cum ventris pedumq́ tumore.

PVellæ 3. annorum hiſce malis correptæ auxilior, ſumendo hæc exigua.

πανάκεια.

R. Conſeruæ Benedictæ ſcrup. ſemis.

Ex qua lumbrici plurimi & excreměta multa, aquoſa, pituitoſa eiecta ſunt, poſteaq; inflatio ſubſedit, & puella coualuit.

CVRATIO XX,

Dolor. Calculus renum. Coxarum dolor.

Doloris dextræ coxæ ex renis calculo prognati.

VIr quidā gravi hoc ſymptomate tenebatur, ut in-

inuersâ curandi methodo, neglecto ipso morbo, doloris sæui rationem habere fuerim coactus.

Cataplasma Anodynum.

Cataplasma Anodynum.

R. Raparum q. s.
Vini
Ol. scorpionum ana p. æ.

Decoquantur in pultis formam, & apponantur calidè in modum Emplastri. Quo protinus dolorem leniebat.

CVRATIO XXI,

Colicæ passionis,

PRo Duce quodam à me instituta.

Fomentum.

Fomentū. Anodynū.

R. Stercoris suilli recent. q. s.

Applicetur calidè dolenti vē

tri in forma Emplastri. Ex hoc solo topico conualuit confestim.

CVRATIO XXII,
Colicæ & Iliacæ.

Colica.
Iliaca.

NObilis quidam 40. annorum tam sæuissimis coli & ilei intestinorum doloribus torquebatur, ut mortẽ sibi ipsi cõsciscere omnẽ captaret occasionẽ. Ego accitus dolorem hunc immanem multis ritè adhibitis pharmacis demulcere sedulò dedi operá, sed frustrâ. Tandem tale decerno Enema.

Enema.

Clyster.

℞ Iuris pisorum unc. viij.
Sacchari unc. sem.

Aquæ Benedict. noſtræ unc. ij s.

Ol. communis unc. iiij.

Miſceantur ſimul ſ. a. & inijciantur quâuis horâ doloris recrudeſcentia calidè. Ex huius clyſteris repetitione miraculosè omniſopito dolore & causâ doloris noxiâ exclusâ convaluit.

CVRATIO XXIII,

Aſthmatis chronici, Laſsitudinis, Inappetentiæ. *Aſthma.*

IN hęc mala delapſum virum 43. annorum iuvi exhibēdo hoc unicum catharticum.

Purgatio.

R Syrup. roſat. ſolut. unc. ſem.
Trochiſcor. de agarico drach. iij s.

Diaphœniconôs drach. j.
Aquæ hyſſopi unc. iiij.
Commiſceantur. Fiat lotio, qua ſumptâ citò euaſit ſanus.

CVRATIO XXIV,
Pleuritidis,

Pleuriſis.

IN quam incidit quidam 38. annorũ, ſed mox uſus meo conſilio Laconico plurimis, Laus Deo, fructuoſo, ab iſto recreabatur morbo.

Phlebotomia.

Primò ſecuit venam internã brachij lateris affecti.

Diæta.

Bibit decoctionem cardomariæ cum paſſulis.

Catharticum.

Tertio pòſt die exhauſit manè

Aquæ

Aquæ Benedictæ unc. ij.

Ex horum momis quidem nullius pretij, sed ęgris, nobisq́; maximi usurâ, DEO benedicente, quarto die pristinam recuperauit sanitatem.

CVRATIO XXV,

Asthmatis Chronici. *Asthma.*

LAnius quidam 60. annorum graui hoc vitio, multis incassum tentatis, cõflictabatur diuturno tẽpore; cui meum imploranti auxilium, opem hanc tuli.

Purgatio holagoga.

R. Aquæ Benedictæ unc. j s.

Hęc statim, discussâ omni noxâ, in pristinum sexagenarium istũ reduxit valetudinis statũ.

Deo ſit laus & honos in omne æuum. Amen.

CVRATIO XXVI,
Alui conſtipationis,

QVa ruſticus quidam 42. annorum cũ acerrimo dolore per duodecim dies integros laborauit: ſed me autore, Deo auxiliante, ſequenti cathartico priſtinæ ſanitatati eſt reſtitutus.

Purgatorium.

R. Conſervæ Benedictæ drach ij.

Pro duabus vicibus, alternis diebus manè uſurpãdis, ſuperbibendo pauxillum vini. Quo facto alvus probè officium fecit ſuũ, omni ceſſante dolore.

CVRA-

CVRATIO XXVII,
Sciaticæ ſeu Iſchiadici doloris,

Iſchias. Sciatica.

QVo urgebatur quidam 40. annorum, cui item breui iſtâ methodo medebar, exhibendo

Purgationem:

R. Syrup. roſat. ſolut. Montan. unc. j.
Benedict. laxa. drach ij.
Trochiſcor. de agarico drach j s.
Aquæ hyſſopi unc. iij.

Miſtione factâ fiat potus, qui ab ægro aſſumptus ita eſt operatus, ut indies corpus alleuatum & doloris mitigationem ſentiret,

CVRATIO XXIIX,

Doloris ventris, lateris, anhelitus difficilis, anorexiæ.

Dolor ventriculi. Difficultas spirandi. Prostratus appetitus

Ex hisce ægritudinibus recreaui virum 31. annorũ decernendo catharticum hoc.

Purgatio.

R. Syrup. rosat. solut. unc. sem.
Diaphœnicônos
Agarici trochiscat. ana drach. ij s.
aquarum Absinthij
Hyssopi ana unc. ij.
Commistis omnib. fiat haustus, quo exhausto fuit sanatus.

CVRA-

CVRATIO XXIX,

Doloris grauissimi per intervalla recedeuntis cum convulsione Epileptica, *Dolor acerbus, Convulsio Epileptica*

PRo infante 2. annos nato macie confecto, ac prædictis symptomatis oppresso præscripta.

Purgatio.

R. Conservæ Benedict. minoris avellanæ quantit.

Huius unius operatione confestim σὺν θεῷ curatus est.

CVRATIO XXX,

Spirandi difficultatis, Febris quotidianæ, Inappetentiæ, *Asthma. Febris quotidiana. Innapetentia.*

COmprobata in Valentino Gebelin, annos 56. nato *Valentinus Gebelin.*

Purgatorium.

R. Diaphœniconos drach. j.
Syrup. roſat. ſolut. unc. j.
Decoct pectoralis unc. iij.
Conſeruæ Benedictæ drach. s.

Miſcentor pro Hauſtu bibendo, quo uniuerſum corpus probè à morbificis cauſis expurgatum fuit, atq; convaluit.

CVRATIO XXXI,

Aſthmatis, tuſsis, cephalalgiæ.

Aſthma. Tuſsis. Cephalalgia.

COmperta in ancilla ſacerdotis in Hafenhofen, q̃ nondum 16. annũ compleuerat.

Πανάκεια.

R. Aquæ Benedict. unc. ij.
Vini albi unc. j.

Miſce-

Miſceátur & ebibantur; qua ſola potiunculâ optimè altero ſtatim die σὺν θεῷ curata fuit.

CVRATIO XXXII,

Pleuritidis, *Pleuriſis.*

IN muliere 40 annos natâ experta proſpero ſucceſſu.

R. Aquæ Benedictæ unc. j.
Syrupi è ſena drach. iij.

Fiat potus, ex quo ſolo iſta fœmina convaluit.

CVRATIO XXXIII,

Aſthmatis, tuſsis, *Aſthma.*

EXperimento certo probata in ſene ſexagenario, dictis affectionibus oppreſſo.

Purgatio.

R. Trochiſc. de agarico drach. j.
Diaphœnicônos drach. j s.

Con-

Cõseruæ Benedict. scrup. j.
Syrup. de prasſ. drach. iij.
Decoct. pectoral. unc. iij.

Redigantur in hauſtum manè tepidè bibendum ieiuno vẽtriculo.

Phlebotomia.

Poſteà venam medianam tundendá iuſsi. Atq; ita iſtas ægritudines σὺν θεῷ remoui.

CVRATIO XXXIV,

Menſium fluoris Chronici, cum cephalæa & vigilijs.

Vigiliæ. Menſiũ fluxus nimius. Capitis dolor.

VEro documento cõprobata in quadam fœmina 40. años complente, atq; multis incaſsũ pharmacis uſa.

Pur-

Purgatio.

R. Fol. ſenæ mundat. unc. j.
Zingiber. drach. j.
Troc. de agaric. drach. iij.
Sacchari drach. vj.
Paſſular. drach. ij.

Decoquantur lento igne in lactis ſeri lib. iiij uſque ad conſumptionem lib. s. Huius Decocti unc. j. capiebat manê ac veſperi per 3. continuos dies: quo corpus probè ab humorib. iſta ſymptomata cauſantibus fuit expurgatum.

Venæ ſectio.

Quarto die venam hepaticã & cephalicam ſecari curavi.

Lixivium.

Ad capitis refocillationem

& cor-

& corroborationem utebatur crebrò lixiuio, in quo maiorana, pulegium, & asari radices ebullierant.

Hypnoticũ.

Hypnoticum.

Vigiliæ autem removebantur sequenti Decoctione, qua vesperi ante somnũ crura, brachiaque abluebantur, & ex se absq; absterſione artificiali siccabantur. Est verò eiusmodi.

R. Lactucæ M. ij.
Cap. papave. albi num. vj.
Sem. papauer. unc. s.
Flor. nenuphar. M j.
Violar. M j s.

Fiat horum omnium in aqua ebullitio.

Con-

Confectio.

Poſtremò ante cibum frue-
batur manibus Chriſti perlatis.

Ex quibus omnibus citò & rectè conualuit.

CVRATIO XXXV,

Febris ardentis, ſuffocationis matricis, ſpaſmi, lumborum doloris.

Febris ardens, πνὶξ ὑστερικὴ.

COmprobata κατὰ λόγον Lauingę in Geneſe Hetzheſin viginti ſex annos nata.

Convulſio.

Geneſa Hetzheſin.

Purgatorium.

R. Conſer. Benedict. quantitatem caſtaneæ.

Decoct. pulegij unc. ij.

Fiat Hauſtus, quô epotô & ἐνέργειαν ſuam per varias excretionum vias exercente, tandem

ſana

ſana euaſit, nullis alijs pharma-
cis, exceptâ diætâ, uſa.

CVRATIO XXXVI,

Dyſpnœæ, defluxionis ad pectus.

Catarrhus.
Cyprianus à Leovvitz.

EXperta Lauingæ in Cy-
priano à Leovuitz nobili
& celeberrimo Mathema
tico ſcholæ Lauinganæ profeſ-
ſore matheſios.

Sternutatorium.

R. Lolij, ſem. Nigellæ
Hellebori albi ana ſcrup. j.
Maioranæ,
Roſmarini,
Saluiæ ana drach. ſem.
Muſci grana duo.

Fiat Sternutatorium, de quo
manê pauxillum naribus, inſpi-
rante validius aëre, attrahebat,
Ster-

Sternutationis frequentiâ nequaquá (ut multi perperá opinantur) catarrhus augebatur, ſed defluxio iſta παρὰ φύσιν ꝓpter obſtructas nares, excretionis viam aliam quærens, diſcuſſa narium & oſsis ethmoidis obſtructione, meatibusq; apertis per vias conſuetas, nares videlicet ad expurgãda cerebri excrementa homini datas deriuabatur, & difficultas ſpirandi remouebatur.

CVRATIO XXXVII,

Scabiei, ventrisq; doloris, *Scabies.*

QVibus affecta erat puella novem annorum, ſed meo cõſilio Laconico & tamẽ apodictico σὺν θεῷ breui

temporis ſpatio priſtinæ ſanita-
ti reſtituta fuit.

Catharticum.

℞. Conſeruæ Benedict. aue-
lanæ quantit.
Vini unc. ſemiſ.

Miſce, & fac Hauſtulum fri-
gidè & ieiuno ſtomacho exhau-
riendum; quo totum corpus à
vitioſis & cacochymicis ſuccis
apprimè fuit expolitum.

Balneum.

Sequentibus diebus lavit in
balneis aquæ dulcis, in qua de-
coquebantur iuniperi grana vi-
ridia & nuces piceę (Dañzapf-
fen Germanis.) Huius lotione
continuatâ, liberata fuit à ſca-
bie totius corporis.

CVRA-

CVRATIO XXXIIX,

Melancholiæ ἀγρυπνίας τε.

Melancholia. Vigilia.

LAuingæ studiosum quendá hisce vitijs oppressum 22. annorum σὺν θεῷ relevavi sic.

Purgatio Melancholagoga.

R. Syrup. de elleboro unc. j.
De sena unc. sem.
Decocti senæ ex sero lactis unc. j s.
Zingiber. scrupul. j.
Mistione factâ fiat haustus: quo exactè euacuatũ est corpꝰ.

Diæta.

Vino imponebat flor. & rad. buglossæ.

Somniferũ.

Somniferum.

Somnum insuper conciliavi sequenti Emplastro.

R. Opij scrupul. semis.
Aquæ rosar. unc. iij.
Croci drach. sem.

Misceantur Mixtura imbuantur linteola fronti, temporibus & naribus accommodanda. Ex cuius crebra applicatione somnum capere cœpit, ac integrè sanatus fuit. Deo archiatro Opt. Max sit laus & honor in omne æuum. Amen.

CVRATIO XXXIX,

Pleuritis.

Pleuritidis, eiusq́; symptomatum.

IN quodam adolescente viginti annos nato, secundo fortunæ

fortunæ flatu comprobata.
R. Aquæ Benedict. drach. vij.
Cardomariæ drach ij.
Syrup. de liquiritia drach. iij.
Fiat haustus, quo epoto, ore & aluo morbidis causis exactis pristinam sanitatem recuperavit.

CVRATIO XL,
Febris, Asthmatis, Anorexiæ.

Febris. *Asthma.* *Inappetentia.*

COmperta Lauingę in Bedæ Pauli senatoris genero deplorato.

Purgatorium.

R. Conseruę Benedict. quantitate castaneæ.

Post huius panaceæ sumpti-
onem parum vini frigidi bibit.
Cuius operatione postridiè cō-
firmatâ à morbis istis valetu-
dinem est consecutus. DEO sit
laus & honos in omne æuum.
Amen.

CVRATIO XLI,

Pleuritis. *Simon Mayr.*

Pleuritidis,

QVa laborabat seruus so-
ceri mei D. Simonis
Mayr senatoris Lauin-
gani, annos 24. natus.

Purgatorium.

R. Aquæ Benedict. unc.ij.

Potione hac assumptâ statim
eius diuinâ virtute rectè valere
cœpit.

Vena

Venæ sectio.

Sequenti die venâ Basilicam tundendam suasi in affecta parte.

Diæta.

Potus erat hordei decoctio communis.

Cibus εὔχυμος & εὔπεπτος erat.

CVRATIO XLII,

Asthmatis, Tussis, *Asthma.* *Tussis.*

LAuingæ Burgharti ciuis Lauing. uxori dictis affectibus afflictæ fausto successu σὺν θεῷ præscripta,

Catharticum.

R. Syrup. de hyssopo unc. sem.
Decocti pectoralis unc. ij. sem.

Trochiſcor. de agarico drach. j.

Conſeruę Benedict. auellanæ quantitate.

Fiat hauſtus; cuius uſu confeſtim convaluit.

CVRATIO XLIII

Articulares morbi.

Doloris artuum, dorſi, ventris conuulſionum, contractionum.

Anna Mayrin.

EXperimẽto certo confirmata in Anna Mayrin Lauingana, quæ acerbiſsimos artuum dolores perpeſſa, conuulſione quoq; conflictabatur. Sed me uſa medico hoc pauco dicta mala remouebam.

Infuſum purgans.

Infuſum purgans.

℞. Infuſi ſeni in ſero lactis

cum saccharo unc iiij.

Hoc exhausto infuso corpus mundabatur egregiè, indiesq; melius habebat.

Venæ sectio.

Tertio pòst die saphená dextram secari iussi.

Balneæ.

Decimo tertio die thermis Badensibus usa integrè sanata fuit.

CVRATIO XLIV.

Ventriculi doloris, Asthmatis, Tussis, Inappetentiæ.

Asthma. *Tussis.* *Ventriculi dolor, Anorexia.*

PRo sene 53. años nato hisce affectib. affecto, à me ac cito definita. Est autem huiusmodi.

Purgatorium.

R. Diaphœniconos drach. ij
Syrup. de hyſſopo drach iij.
Trochiſcor. de agaric. drach. j.
Cõſeruæ Bened. ſcrup. j
Decoct. pectoralis unc iij.

Diluantur in hauſtũ, ex quo perfectè obſeruatâ convenienti victus ratione, convaluit.

CVRATIO XLV,

Alvus conſtipata. Vertigo. Tremor.

Conſtipationis alvi diuturnæ, tremoris manuum, vertiginis, viſus, auditus, reliquorumq; ſenſuum debilitatis.

HIſce ſymptomatis ex ſolâ alvi diuturnâ obſtructione

ctione originē ducentib. Eccle-
siæ catholicæ minister in Neff-
rend, annos natus 28. adeò sanè
affligtabatur, ut alij medici mul-
tis potionib. & pharmacis ad
aluum laxandam affectusq; in-
de natos propulsandos propi-
natis incassum, de ipsius salute
desperârint; meamq; operam
implorare fuerit coactus. Ego
ergo accersitus talem curandi
aggredior viam.

Catharticum.

R. Conseruæ Benedict. casta-
neæ quantitatem.
Seri lactis unc. tres.

Miscentor pro haustu, quem
frigidè capiebat, & post horam
dimidiam resiccatas & indura-
tas

tas fæces, inde liquida diuersa-que excernebat; ac sic aperta via consuetæ euacuationis, cessantibus enumeratis symptomatibus tandem sanus euadebat.

CVRATIO XLVI,

Ventris doloris,

Ventris dolor. Sebastianus Ceruinus.

KAτὰ λόγον experta in ornatiss. viro D.M. Sebastiano Ceruino, Scholæ Lauinganæ professore, nunc præpositum in celebri Medingensi cœnobio agente, cùm ageret annos 24.

Catharticum.

R. Conseruæ Benedictæ scrup. j.
Vini optimi ℥ iiij.

Ex cuius operatione occultâ

tâ varia egeſsit, & altero ſtatim die convaluit.

CVRATIO XLVII,

Doloris brachiorum, artuum, Aſthmatis, Scabiei, Vlcerum.

Arthritis. Aſthma. Scabies. Vlcera. Paulus Eſer.

PRo Pauli Eſer Medingenſis filiâ 18. annos natâ decernenda.

Purgatio.

R. Decocti Senæ unc. ij.
Cõſeruæ Benedict. drach. ſemis.

Miſcendo fiat potio manè tepidè vel frigidè ebibenda.

Balneum.

Poſtea per aliquot dies deſcendit in Balneum decoctionis foliorum quercinorum.

Venæ

Venæ ſectio.

A' balnearum uſu ſaphenas aperiendas curavi circa Novilunium. Quæ omnia ſanitatem priſtinam reddiderunt.

Cephalæa. Anorexia Michaël Schmid.

CVRATIO XLIIX,

Cephalææ, anorexiæ.

HIs Offingenſem Michaële Schmid bubulcũ añorum 32. affectum ſanavi σὺν θεῷ, capiendo, quotidiè

Decocti centaurij minoris unc. vj.

His epotis calidè in lecto arctè contectus affatim ſudabat quotidiè ad remiſsionem dictorum affectuum.

CVRA-

CVRATIO XLIX,

Asthmatis, Tussis, Inappetent. Ructuum, Lassitudinis.

IN hæc delapso symptomata medebar Ioañi Mayr Offingensi 50. annos nato, idque in hunc modum. *Asthma. Tussis. Anorexia. Ructus. Hans Mayr.*

Purgatio.

R. Decocti pectoralis unc. ij.
Conseruæ Benedict. scrup. ij s.
Fiat potus Catharticus manè vacuo stomacho ebibẽdus.

Diæta.

Potus reliquus erat Decoctio granorum Iuniperi. Alleuato iam corpore crebrò manè bibit vini adusti unciá. Hisce itaq; rectè & pãcraticè vivebat.

CVRA-

Asthma.
Tussis.
Anorexia.
Hans Petz.

CVRATIO L,
Asthmatis, Tussis, Inappetentiæ.

COmprobata documento vero in Ioanne Petz 24. annos complente.

Purgatio.

℞ Decocti pectoralis unc. ij.
Trochiscor. de agarico drach. j.
Conseruæ Benedict. drach. j.

Diluendo fiat haustus. Hoc optimè operante, & Decocto hyssopi ægro in mensa victitante vetus restituta est sanitas.

CVRA-

CVRATIO LI,

Asthmatis, tussis, ventris doloris, inappetentiæ,

Asthma. Tussis. Ventris dolor. Anorexia. Melchior Baumaister.

EXperta Offingę in Melchiore Baumaistero triginta duos annos nato.

R. Diaturbith cum rheobarb. drach. ij.
Conservæ Benedict. scrup. j.
Decocti pectoralis unc. iij:
Miscendo fiat Potio qua exhaustâ sanus mox, DEO sit laus, euasit.

CVRATIO LII,

Asthmatis, anorexiæ, ventris doloris, lassitudinis.

Asthma. Anorexia. Ventris dolor. Gerg Alinger.

IN has ægritudines uxor Georgij Alingeri Zusamaltensis

ſis viginti quatuor annos na
incidit,ſed diuinâ affulgête gr
tiâ à me tunc aduocato releua
eſt in hunc modum.

Purgatio.

℞. Benedict. laxat. drach. j
Trochiſcor. de agarico
ſcrup. ij.
Converſæ Benedict.
ſcrup. j.
Decocti ſenæ ex ſero la
ctis unc. ij.

Huius ἐνέργεια utilitatem æ-
grotanti attulit maximam.

Phlebotomia.

Abſolutâ euacuatione ve-
nam ſaphenam aperiendá man-
davi.

Diæta.

Diæta.

Vino quod in mensa bibere solitus est, imposuit

Melissæ M. j.
Rad. enulæ M. s.
Liquiritiæ rasę unc. sem.
Manus Christi unc. sem.

Hoc ergo pacto σὺν θεῷ pristinæ est sanitati restitutus.

CVRATIO LIII,

Melancholiæ,

Melancholia.

QVa laborabat ancilla viginti sex annos nata cuiusdam Abbatis, quæ auxilium à me expetẽs hisce paucis brevi dierum curriculo curabatur.

Purgatorium.

R Syrupi rosat solut. Mõtani de elleboro nigr. ana unc s.

Decocti senæ unc ij.
• Diacatholicônos drac.
Trochiscor. de agarico
drach. ij.

Redigantur in haustum: qu
capiebat manè calidè, cõsequẽ
ti fructuosa operatione.

Victus ratio.

Potus in mensa fuit Buglosso
cum radic. quæ decoque in
q aquæ & vini; & in colatur
dissolue conseruæ Buglossæ q
s. ut fiat in modum Apozema
tis.

CVRATIO LIV,

Asthmatis, tussis, inappetentiæ, lassitudinis,

Asthma, Tussis, Inappetentia. Hiler.

QVam Hilero Lauginga
no 72. prædictis malis
affli-

afflicto feliciter decernebam.

Catharticum.

R. Syrup. de ſena unc. j.
Agarici trochiſcati drach. j.
Conſervę Benedict. ſcrup. j.
Decocti pectoralis unc. j s.

Mixtione fiat Hauſtus, qui ore ac alvo multa tenacia & phlegmatica pepulit; & altero ſtatim die ſanitatem priſtinam reſtituit. DEO ſit laus & honos in omne æuum. Amen.

CVRATIO LV,

Morbi caduci & Epilepſiæ, *Epilepſia.*

EXperta Lauingæ in filio Michaëlis Mayr duodecim annos explente. *Michaël Mayr.*

Catharticum.

R. folior. ſenæ mundat. unc.

Rad. ellebor. nigri ſcrup.

Trochiſcor. de agarico drach. j.

Zingiber. drach. s.

Conſeruæ Pæoniæ unc. ſem.

Inciſis incidendis fiat infuſio in ſeri lactis lib. j s. per noctem in cineribus abſtruſum ignem foventibus, uno verbo in favilla. Ex hac infuſione manè uncias quatuor capiebat calidè; veſperi totidem. Ex his alternatim ſumptis potionibus corpus quidem evacuabatur probè, ſed paroxyſmus leniori tamen & tolerabiliori impetu redibat.

2. Antipelepticon.

Exhibui itaque acceſsione ceſſante hora 9. potum noſtrum antepilepticum: cuius virtute, Diuinâ adiuvãte clementiâ, cõfeſtim liberatus fuit, nec poſtmodum hoc recruduit malum.

CVRATIO LVI,

Pervigilij καὶ ἀγρυπνίας παρὰ φύσιν. *Inſomnia Vigiliæ.*

PRo quodã Lauingano homine σὺν θεῷ inſtituta,

Hypnoticum.

R. Opij drach. s.
Aquæ roſarum rubear. lib. s.
Croci ſcrup. j.

Miſceantur diſſolvendo intimè. Mixturâ imbuta lintea temporibus tepidè applicentur, na-

resque madefiant. Vnde prot
nus dormire incœpit.

Stranguria. Calculus Renum, Lumborũ dolor.

CVRATIO LVII,
Stranguriæ, calculi renalis, gravitat & doloris lumborum.

HIſce affectibus tenebatu Scholaſticus quidã 19 annorum, ſtranguria ſe ſtillicidio urinæ à calculo gran diuſculo capiti alterius ureteri (nam ex obſtructione utriuſq Iſchuria non Stranguria, in qua nonnihil urinæ per alterum li berum perlabitur, orta fuiſſet) impacto ac obſtructionem effi ciente natâ. Ego diuinâ adiutus gratiâ talem curandi ingredior viam.

1. *Catharticum.*

R. Aquæ raphani unc. vj.
Conservæ Benedict.
scrup. j
Fiat Haustus percolandus & exhauriendus.

2. *Diureticum.* *Diureticũ.*

Sequentibus diebus manè ieiunus bibit aquæ raphani uncias sex.

3 *Anodynum.* *Anodynũ.*

Dolorem renum & lumborum mitigavi unguento hoc.

R. Pingued. Taxi
Vulpis ana unc. j.
Ol. masticis unc. sem.
Spicæ drach. sem.
Aceti drach. j.
Fiat unguentum s. a.

4. *Diæta.*

Potus in mensa erat Decoctũ musci terrestris. Atque hoc pacto, dissoluto calculo & ἀνασοιχειώσει in arenulas mutato, urinaque liberè fluente, pristinam recuperauit sanitatem.

CVRATIO LIIX,

Vertigo, Capitis dolor, Inappetentia.

Inappetentiæ, Vertiginis, Capitis doloris pungitivi,

FElici & vero experimento pro quodam studioso in Schola Lauingana bonis artibus atq; literis operam navante, atque annos octodecim egresso instituta.

1. *Catharticum.*

℞. Syrup. rosat. solutivi Montani unc, sem.

Deco-

Decocti ſenæ ex ſero la-
ctis unc. j s.
Diaphœnicônos drach. j.
Cõſervæ Benedict. ſcrup.
ſemiſ.
Miſcendo fiat Potio: quæ e-
gregiè corpus purgabat, & ſa-
nitatem reſtituendã plurimùm
adiuvabat.

2. Diæta.

Bibit in menſa Aquam con-
ſervis betonicæ atque bugloſſę
confectam.

CVRATIO LIX,

Odontalgiæ, *Dentium dolor.*

QVa cruciabatur ſtudio-
ſus Gymnaſij Lauingani
ob dentem perforatũ &
eroſum à putredine acri atque
mordaci. *Ano-*

Anodynum.

R Vini unc semis.
Olei vitrioli Rom. guttas viij.

Misce. Mistioni immersum linteolum denti affecto applicabat: quo facto multum ichoris pituitosi & tenuis excernebatur, ac dolor inde pedetentim leuabatur.

CVRATIO LX,

Pleuritidis, sputi cruenti, purulenti, & gravium symptomatum.

Pleuritis. Sputū cruentum, & purulentū. Hās Eysele.

HIsce obnoxia erat Hans Eysele uxor Lauingana annos nata 50. sed mox σὺν θεῷ incolumis euadit me sic opitulante,

Pur⸗

Purgatio.

R. Conservę Benedict. scrup. ij.
Brodij pisorum unc. ij.

Hunc Haustũ tertia vice repetijt, & perfectè euacuatis evacuandis convaluit.

CVRATIO LXI,

Iterum pleuritidis & mensium suppressorum.

Pleuritis, & Mensium suppressio.

EXperta Lauingæ in quadam muliere annos 42, natâ.

1. Catharticum.

R. Extract Esulæ drach s.
Decocti Carduibenedict, unc iij.

Mixtis & epotis purgata est per vias naturæ convenientes.

2. *Venæ*

2. Venæ sectio.

Post utramq; saphenam aperiendam curavit, atq; sic convaluit.

CVRATIO LXII.

Epilepsia. *Epilepsiæ.*

ESaias Mayr Lauing. annos viginti quinque natus ter unicâ horâ Epileptico paroxysmo corripitur, ita ut post horā demum ad se redierit. Vrina erat spumosa, alba, turbida, sedimentum & hypostasis crassa & furfuracea alba. Curabam DEO auxiliante hoc modo.

Sternutamentum.

1. Sternutatorio meo sępe utebatur.

Sudor

Sudoriferum.

2. Accepit hoc Sudoriferum:
R. Pul. rad. aſari ſcrup. ij.
Decocti Carduibenedicti
uncias ſex. Miſce.

Ex hoc calide ſumpto, in lecto benè coopertus ſudauit cũ vomitu, & mox ab Epilepſia non amplius redeunte liberatus fuit.

Phlebotomia.

3. Aperuit medianam.

Diæta.

4. Potus erat decoctum florum tiliæ ſaccharatum.

CVRATIO LXIII,

Febris tertianæ cum ſymptomatibus. *Febris Tertiana.*

COmprobata Lauingæ in Geor-

Gerg Rieger.

Georgio Riegero novẽdecim annos egreſſo, & prædictis malis oppreſſo, felici cum ſucceſſu.

Catharticum.

R. Aquæ ſimplicis un. iij.
Conſervæ Benedict. drach. s.

Hoc ore & aluo multa egeſſit vitioſa; & poſtridiè remiſit febris, evaneſcentibus ſponte accidentibus.

CVRATIO LXIV,

Tertianæ nothæ.

Febris Tertiana notha. Chriſtoph. Koler.

QVa affligebatur Lauingę Chriſtophorus Kolerus ſtudioſus bonarũ artiũ in collegio Lauingano, octodecim annis præditus; ſed à me priſti=

pristinæ sanitati restitutus in hunc modum fuit.

Purgatio.

R. Aquæ fontanæ unc. iij.
Conseruę Benedict. scrupul. j.

Mixtis his & epotis vomitu & alvo probè purgatus, tertio die eundem repetivit haustum, ac deinceps perfectè convaluit.

CVRATIO LXV,

Cephalalgiæ & pedum doloris,

Cephalalgia, Pedúq; dolor.

LAuingę Ioanni Schell annor. 48. præscripta.

Hans Schell.

1. Sudoriferum.

Sudoriferũ.

R Radic. asari unc. ij.
Centaur. minor. M. ij.

Decoquantur igne lento o
aquæ menſuris duabus ad te
tiæ partis conſumptionem,
fiat Decoctum ſudoriferũ. C
ius quotidiè manè in lecto a
ctè contectus uncias ſeptem c
piebat, & per aliquot dies ſud
bat.

2. Epithema.

Poſt ſudoris emanatione
expletam capiti violas & pul
gium aqua cocta imponebat.

3. Phlebotomia.

Vbi indies multos ſudaſſe
venam cõmunem ſecandã ſu
ſi, & poſtmodum ſanitate
perfectam rurſus eſt confec
tus.

CVRA

CVRATIO LXVI.

Febris & capitis doloris, &c.

EXperientia probata Lauingæ in Egydio Voydē, annorum 16.

Febris & Capitis dolor.

Egydius Voyd.

Catharticum.

R. Conservæ Bened. ℞. scrup j.
Vini unc. j.

Mixtis simul exhaustis affatim biliosa & phlegmatica eijciebatur materia, statimq; corpus alleuari, & à febre eiusque symptomatis liberari sentiebat.

Potus.

In mensa bibit Decoctum hordei, in quo dissolvebatur conserva rosarum.

CVRATIO LXVII,

Matricis,ventris,lumborumq́; dolori

Matricis, Ventris, Lumborũq́; dolor.

QVo cruciabatur Lauing
na quædã mulier anno
rum 34. Ego accerſitu
alijsq́ue remedijs deſtitut9 hi
ſce ἀντοείσοις auxiliares ægrotan
ti attuli manus.

Sudoriferũ.

Sudoriferum.

R Pulegij
Roſmarini ana M. j.
Decoquantur in vini lib. vj
ad conſumptionem tertiæ par
tis pro Decocto. Ex hoc quoti
diè manè unc. ſex ſumebat ca
lidè, & in lecto affatim ſudabat
donec tandem penitùs priſtina
valetudinem obtinebat. DEO
ſit laus in omne æuum.

CVRA-

CVRATIO LXIIX,

Faciei, tumidæ & dolorificæ.

MOnialis quædam Dilingana annos triginta ſex nata tumori phlegmonoſo totius faciei, in primis naſi cum rubore & ingenti dolore obnoxia erat: huic tamẽ diuinâ adiutus operâ λακονικῶς ita medebar. *Faciei tumor, rubor, dolor.*

1. *Purgatio.*

R. Pilular. aurear. ſcrup. ij.
Trochiſ. de agarico ſcru. j.
Diagridij grana ſeptem.

Cum aqua cinnamomi pilulæ vij deaurandæ, & à cœna ſumẽdæ; quæ apprimè virginem ſacratam purgabant. Aduerſus faciei, naſi cùm dolorem & ru-

boré, tum etiam tumorem, eiu
modi decreui unguentum.

Vnguentum.

R. Axungiæ porcinæ
Sulphuris ana unc. semi
Aquarum portulacæ
Sempervivi ana q. s.
Croci drach. j.

Commiscendo ad lentum i
gnem fiat s. a. Vnguentum faci
ei toti affectæ manè & vesper
tepidè illinendum.

Ad postremum pedum lotio
nem ordinabam huiusmodi ad
dolorem capitis demulciendū
somnum conciliandum, & cau
sam morbificam deriuandam
avertendam.

Lotio pedum.

R. Nasturtij aquati, Nym-

Nymphææ,
Cap. papav. albi ana M. iij.
Decoquantur in ſ. q. aquæ per dimidiam horam manè & veſperi pedum lotioni deſtinatæ. Hiſce virgo ſacrata continuò à præfatis affectibus immunis σὺν θεῷ euaſit.

CVRATIO LXIX,

Spirandi difficultatis, pectoris anguſtiæ, pedum tumoris, urinæ ardentis, teſtium inflationis, linguæ & crurum paralyſis.

Spirandi difficultas. Pectoris anguſtia, Pedum tumor, Vrinæ ardor, Teſtium inflatio, Paralyſis linguæ & crurum.

ENumeratione hac variorũ & ſæuiſsimorum affectuum, Nobilis Canonicus Auguſtanus torquebatur, cùm ageret annos 64. & à me huiuſ-

modi ad propulſanda dicta vi-
tia curandi methodus inſtitue-
batur felici omine.

1. Purgatio.

R. Conſervæ Benedict.
ſcrup. ij s.
Aquæ hyſſopi unc. j.

Quæ intimè commiſta ebi-
bit manè, altera & ſequenti die
iteravit eadem, & conſecuta eſt
perfecta totius corporis cùm e-
uacuatio tum leuamen.

2. Paralyſi linguę tali Empla-
ſtro reluctatus ſum.

Emplaſtrum.

R. Fermenti veteris M. j.
Vini aduſti
Aceti fortis ana. p. æ.

Redigantur flammâ imbecil-
li in

li in formam Emplaſtri, cui pul=
vis ſuccini albi inſpergatur, &
vertici à capillis nudo tepidè ap
ponatur, exareſcenti recẽs ſub-
ſtituatur. Repetendo hoc ali=
quoties, linguæ paralyticæ cau-
ſa diſcuſſa motus & ſermo re=
dierunt.

3. Scrotum affectum invol-
vendum curavi linteolo, ſequẽ=
ti Emplaſtro illito.

Emplaſtrum.

R. Ol. liliorum albor. unc. v.
Argillæ M. ſem.

Fiat Emplaſtrum; quo teſtes
illegitimo venereo uſu deprava
ti in integrum ſunt reſtituti. At-
que ſic Deo auxiliante per uni=
cam ſeptimanam convaluit ab

his exitialibus morbis & ſym-
ptomatis.

CVRATIO LXX,

Lumbrici. Vermes.

Lumbricorum.

QVibus Ceruiſiarij cuiuſdã viginti octo annorum hypo-
gaſtrium ſcatebat.

Purgatio.

R. Conſervæ Benedict. drach. j.
Vini unc. iiij.

Hęc cum variorum excremẽ-
torum illuvie, vermium quoq;
expurgabat colluviem.

CVRATIO LXXI,

Condyloma, Mariſca, Dolor.

Condylomatis, mariſcæ in ano cum dolore acerbo,

VEro documento comproba-
ta in pharmacopæo meo.

Fotus.

Fotus.

R. Aquæ fœniculi lib. ſemis.
Croci metallor. drach. ſem.

Hanc infunde in Aqua prædicta per diem naturalem. Subſidente iam pulvere coletur; colatæ aquæ addatur ol. vitrioli Rom. chymiſtice parati q. ſ. ad aſtringẽdum. Miſturâ madidũ linteolum loco affecto ſæpius applicetur. Hæc preſentanea raroq; fallax curatio.

CVRATIO LXXII,

Febris,

PRo quodã egeno homine 32. an. κατὰ λόγον inſtituta,

Sudoriferum.

R. Cardobenedict.
Rad. aſari ana M. j.

Infun-

Infundantur per noctem in aquæ lib.iiij. pòst decoquantur lento igne ad tertiam. Huius decocti manè ieiunus ebibebat in lecto arctè opertus uncias septē calidè, quæ multū sudoris proliciebant. Accepit autem hunc potum quotidiè sex ante paroxysmum horis, donec febris sui nullum relinqueret vestigium. Quod quartò & septimò expertus fuit æger mirifico cum successu.

CVRATIO LXXIII,
Asthmatis, spirandi difficultatis.

Asthma, Spirandi difficultas.

HAnc viro sexagenario, difficultate spirandi ob pituitosos crassos & viscidos humores

humores capite pectoris partes petentes afflicto decreveram.

Infusum purgans. *Infusum purgans.*

R. Trochiscor. alhandaal pulverat. scrup. iij.
Ficuum numero iij.

Infundantur in vini generosi lib. 1. per noctem. Deinde infusi colati huius capiebat uncias sex manè stomacho ieiuno. Tãtundem tertiò sumebat, ac inde probè perpurgatus convalescebat.

CVRATIO LXXIV.

Casus, Lapsus. *Casus, Lapsus.*

MVlier quędam quinquaginta annos nata ab equo sternace sub bigas lapsa, rotis caput, pectus totúq; corpus,

pus miserè cotundentibus deplorata videbatur. Ego advocatus deuotè DEVM implorans, talem medendi curam instituo.

Phlebotomia.

Primò posthabitis omnibus saphenam secandam suasi.

Sudoriferũ.

Sudoriferum.

Manè dein sudorem hoc modo provocandum curavi.

R. Vini rub. styptici lib. x.
Rosar. rub. siccarum
Rorismarini
Sũmittat. myrti ana M. ij.

Fiat Decoctio in cacabo ad ignem. In hanc postea sindonẽ vel linteolum immergebã; eoq; extremitate digitorum leuiter expresso ęgram undiquaq; calidè

dè & optimè involvebam: atq; sic in lecto arctè contecta diu multumq́, sudauit. Continuabat hoc donec revalesceret.

Diæta.

In prandio & cœna potus erat Decoctum cærefolij cum saccharo.

CVRATIO LXXV,

Tenesmi.

QVo afflictabatur nobilis 45. annorum. *Tenesmus.*

Fomentum.

R. Fol. tapsi barbàti
Absinthij. ana M vj.

Decoquantur in lacte recenti: & conficiantur sacculi alternatim toti ventri & ano calidè sæpius applicàdi, His enim dolor

lor remiſerat cum ſtercorum fa-
cili eiectione.

CVRATIO LXXVI,
Pleuritidis,

Pleuritis.

QVa vehementer nobili[s]
20. annorum laborabat
à me verò ad relevatio-
nẽ morbi & ſymptomatũ huiuſ-
ce modi medela erat pręſcripta

Fotus.

1. R. Lactis caprini q. ſ.
Mellis parum.

Bulliant ſimul & infundan-
tur veſicę ſuillæ, quæ conſtricta
lateri dolorem perpeſſo tepidè
accommodabatur.

2. Hoc fomento dolor non
prorſus mitigatus aliud popo-
ſcit medicamentum. Decreui

itaq;

taq; tale Sudoriferum.

Sudoriferum. *Sudoriferũ.*

R. Aquar. Cardobened.
Cardomariæ ana unc. ij. ſem.
Puluer. Card. bened. ſcru. ij.
Miſcendo fiat potus: ex quo calidè ſumpto per aliquot horas affatim in lecto bene opertus ſudavit, ac poſtmodum cõvaleſcere cœpit.

CVRATIO LXXVII,

Matricis ſuffocationis, ac inde obortæ Epilepſiæ atq; convulſionis. *Matricis ſuffocatio, Epilepſia.*

MVlierem viginti annorum hyſtericis hiſce ſymptomatis comitialẽ morbum per Δευτεροπάθειαν ſuſcitantibus correptam adiuvare σὺν θεῷ ſum conatus hoc modo.

Potio.

℞. Aquæ Melissæ unc. v.
Ol. vitrioli guttas tre
Diluendo confice potu

2. *Cucurbitulæ sine scarifica- tione usus.*

2. Posteà capacem cucu- tulam, vulgò ventosam, ad ctinem aptandam suadeo.

3. Regionem Vteri eiusi di fomento munivi.

Fotus.

℞. Fimeti fœtidi q. s.
Bulliat in suff. q. aquæ ad guum temporis spatium pòst intinctum lintea- um calidè ap- plicetur.

CVR

CVRATIO LXXIIX,

Molæ,

Mola Matricis.

QVam gerit in utero uxor quædam, prægnantem esse se existimans: tractu verò temporis, signis molam & ementitam gestationem indicãtibus innotuit causa ventris intumescentis, mammillarum turgentium, mensiumq; suppressorũ, & cæt. Ad molam itaq; excutiendam & symptomata alia satis exitialia, eam insequi solita tollenda, machinor eiusmodi.

Decoctum purgans.

R. Savinæ
Pulegij
Folior. senæ ana M. sem.

Decoquantur flamma i
becillâ in feri lactis q. f.

Manè & vefperi ex hac inf
fione unà vice uncias octo e
bit calidè.

Poftridiè præter meá fpe
mola eft expulfa,& à multis g
vifsimis accidentibus liber
fœmina.

CVRATIO LXXIX,

Dyfenteria. *Dyfenteriæ,*

CVidam ftudiofo 20. a
norum decreta; qui f
victus ratione abfq; ali
rum pharmacorũ ufurpatio
in integrum à me, DEO opera
te, eft reftitutus.

Diæta.

1. Cibus erat: Caro affa. O

, miliũ, decocta in lacte chalybeato. Oua dura. Item Brodia carnis vel leguminum ex aqua chalybeata præparata.

Potus autem : Aqua ſola chalybeata: vel vinum rubrum, in quo extinguendus chalybs. Scriblitas porrò ferventes ex sartagine in prædicto vino im̄butas multùm comedebat, vinũq; poſtea ſuperbibebat. Qua diætus ratione benè convaluit.

CVRATIO LXXX.

Tumoris totius corporis, Hydropis, morbi Regij, Vertiginis, Cephalalgiæ, Doloris cordis, hepatis, ventriculi, & cæt.

Hydrops Anaſarca, Ictericia, Vertigo, Capitis dolor, Cordis, ventriculiq; dolor.

INnumerabilibus hiſce malis oppreſſa ad deſperationẽ mul-

multorum mulier quædam le-
vabatur à me, DEO auxiliante
hoc modo. Annos habebat 21.

Purgatio.

℞. Syrup. rosat. solut. Mon-
tan unc. j.
Trochiscor. de agarico
drach ij s.
Aquarum Hyssopi
Melissæ ana unc. j. sem.

CVRATIO LXXXI.

Anginæ, strangulationis, faucium tumoris, doloris & ulceris.

Angina, faucium tumor, dolor, ulcus.

CONsulta & adhibita te-
nuis fortunæ virgini no-
vendecim annos natæ: q̄
ob dicta vitia neq; transglutire,
neq; cibum neque potum de-
mittere neq; fari, neque liberè
respi-

espirare, osq; aperire poterat:
a ut brevi vitam cum morte
ommutaturam astantes fue-
int arbitrati. Huic deploratæ,
uxiliáte DEO, brevi hisce pau-
is & ἱυποεἰσοις medebar.

Sudoriferum.

Sudoriferũ.

Primo sudorem eliciendum
uravi, recentibus lateribus, ca-
idiss. linteo inuolutis, & verti-
i capitis, colliq; lateribus ap-
licatis. Hoc pacto ægra benè
ooperta aliquot horis sudavit,
dque sequentibus tribus con-
inuis diebus.

2. Post sudorem abstergen-
dum, in tumorem, Empla-
strum tale sum machinatus.

Emplastrum.

R. Stercoris caprini M. iij.
Aceti q. ſ.
Mellis paruin.

Miſcendo fiat Emplaſtrum tepidè accommodandum.

Horum uſu tumor reſedit, osq́ꝫ aperire cœpit.

3. Ad malum radicitus evellendum, Gargariſmum confeci ſequentem.

Gargariſ-mus.

Gargariſmi.

R. Diamôron unc. j. s.
Aceti lib. j.

Bulliendo miſceâtur. Miſturę huius uſu apoſtema internum eſt ruptum, & purulenta multa materia eiecta,

Ad

Ad conſolidationem ulceris alium Gargariſmū definio, qui ſic ſonat.

R. Plantag. herb. cum rad.
Fol. quercus aña M j.

Decoquantur in aquæ lib.iij. In medio decoctionis adiecta diamôron uncia una. Hoc decocto gargarizando os ſæpè eluebat calidè, ac ulcere coaleſcente convaleſcebat.

CVRATIO LXXXII,
Anginæ.

Angina.

QVa extremè cum periculo vid. ſalutis laborabat miniſter Eccleſiæ veræ & Catholicæ, annos natus 34. cui σὺν θεῷ auxiliares manus porrexi in hunc modum.

Phlebotomia.

Primò cephalicam finistram aperiendam iussi, & per intervalla ad uncias sex sang. emisi.

Deinde talem gargarismum paravi.

Gargarismus.

R. Vini albi lib ij.
Ol. vitrioli guttas xxx.

Mistione hac sæpissime gargarizando os proluit; & rupto apostemate expuit multa cruẽta & purulenta: à quorũ excretione liberiorem duxit spiritũ.

Tumori verò liniendo, maturando, dolori sedando, calori restinguendo, manè ac vesperi Emplastrum sequens accommodo.

Empla-

Emplaſtrum.

R. Naſturtij aquatici
Nymphææ ana M. iij.
Ol. roſati
Aceti albi ana q. ſ.

Contuſis contundendis, miſtis miſcendis fiat Emplaſtrum purgans.

Poſtremò cùm alvus eſſet obſtructa, præbui,

Cõſerv. benedict. drach. ſem.
Vini albi unc j.

Quibus commixtis ebibit, noxijsq́; excretis optimè valere cœpit.

CVRATIO LXXXIII,

Ani procidentiæ & exitus, *Ani exitus.*

IN hoc malum puellus duorum annorũ incidit, qui antè

tê gravi & molesta torquebatur tussi. Sed auxilio fui συὺ θεῷ hoc modo.

Lotio.

Primò lauabatur anus vino calido rubeoq;, abluta candelâ sebaceâ indebatur.

Emplastrum.

R. Masticis
Thuris
Sumach
Ros. rube.
Cortic. granator. ana unc. sem.
Balaustiorum
Myrtillorum ana M. sem.

Omnia secundùm artem cõponantur cum vino rubro styptico in formam Emplastri; quod

quod calidè ano applicetur. Vel anus proluatur vino rubro, in quo prædicta fuerint decocta. Ex his paucis ano repulsâ puerulus convaluit.

CVRATIO LXXXIV,

Fœtus mortui excutiendi.

Fœtus mortuus.

MVlier quinq; dies fœtũ mortuum geſtabat non abſq; vitæ diſcrimine ac ſævis ſymptomatibus eam miſerè affligentibus. Ego mulierem iuvandi fœtumq́; protinus expellendi gratiâ talem meditor medelam.

Pulvis.

R. Myrrhæ
Caſtorei
Storacis ana drach. j.

Cin-

Cinnamomi
Savinæ ana drach. sem.

Fiat pulvis subtiliss. cuius drachma una cum vino nobili sumpta fœtum statim exturbavit cum mēsibus: ac mulier indies convaluit.

CVRATIO LXXXV,
Vermium, tumoris, sitis, amissiq; appetitus.

Vermes, vētris Tumor, Sitis, &c.

CErtâ experientiâ cōprobata in puella tres annos egressa.

Purgatio.

℞. Diaturbith. cū rheobarb. in solida scrup. ij. semis.

Fiat infusio in lacte, quam capiebat manè. Tertio tantundē accipiebat. Atq; hisce potiunculis.

lis vermium lernâ exturbatâ sana evasit.

CVRATIO LXXXVI,

Asthmatis, doloris lateris, mensium obstructorum,

Asthma, Lateris dolor, Mensis retenti.

PRo nobili quadam matronâ triginta duos annos natâ felici cum successu σὺν θεῷ instituta.

Purgatio.

R. Decoct. ex vino rosmar.
Pulegij
Cardobenedict.
Agarici opt. unc. j.
Syrup. rosat. solut. Montani unc. j.
Elect. de succo rosar. drach. ij.
Benedict. laxat. drach. j. sem.
Aq. cinnamomi unc. sem.

Misce.

Misceantur pro haustu, qui copiosè purgauit, & sanitatem reddidit.

CVRATIO LXXXVII,

Hydropis, Sitis, Anorexiæ, & cæt.

Hydrops, Sitis, Anorexia.

QVibus obnoxius erat adolescens sedecim annorum: mox autem san9 evadebat, exhibendo sequentē bolum purgantem.

R. Diaturbith cum rheobarb. drach iij.

Conservę Benedict. drach j.

Misceantur in Bolum tribus vicib. deglutiendum. Post boli singuli sumptionem seri lactis uncias tres superbibit. Hoc medicamento totum corpus eua-

cua-

cuatū eſt, & ab ichoribus atq; aquoſitatibus immune in integrum reſtitutum.

CVRATIO LXXXIIX,
Pleuritidis, ſputi cruenti, ventriculi doloris, Aſthmatis, & cæt.

Pleuritis, Sputū cruentum, Vētriculi dolor, Aſthma. Matthæus Nuſs.

HÆc vitia Mattheū Nuſs Lauinganum affligentia unico hoc medicamento admodum ſalutari relevabam σὺν θεῷ.

Catharticum.

R. Hydromelitis Benedict. unc. j.

Cuius virtute ſolâ præter aliorum ſpem mominis furentib. convaluit.

CVRATIO LXXXIX,
Epilepsiæ,

PRo omnibus Epileptic sæpissimè cum plurim rum ægrotantium salut DEO auxiliáte, instituta & inst tuenda.

Purgatorium.

R. Spiritus vitę aurei ab un sem ad unc. ij. *Vel.*

Aqua nostra antepileptica.

R. Aquæ nostræ antepile cæ ab unc. sem ad unc. v. S matur manè ieiuno stomach & post 9. horas capiatur cibu

Febris pestilentialis, Tussis, Bubo, Capitis dolor, Sitis. Hãs Mayr.

CVRATIO XC,
Febris pestilentialis, Tussis, Apost matis, Capitis doloris, Sitis.

MAla hæc tenebant Ioa n

nis Mayr iunioris filiolũ duos annos natum Lauingę. Ego parentibus & alijs convenientia remedia inprimis extrinſecus aſſumenda recuſantibus, talem machinor curandi viam.

1. Epithema.

Capiti applicari mando manè & veſperi linteola ſequenti compoſitioni immerſa:

R. aquar. roſar.
ſempervivi
ſolatri
burſæ paſtor. ana ℥ iij.

Miſceantur. Mixturâ hac frõs & tempora crebrò embrocente ſedatus dolor protinꝰ exinde fuit.

2. *Victus.*

Ad restinguendam sitim bi-bit Decoctum rosarum, viola-rum, cum passulis: quo etiam tussis levata est. Vice huius de-cocti aliquoties hydromel sum-sit.

3. *Mundifi. & consolidat.*

Vlcus mundificabatur ter in die, manè meridiè ac vesperi so-lo hydromelite, eoq; sanaba-tur 8. dierum spatio.

Punctiones lateris sini-stri, Pleuri-tis.
Ioanna Vo-ydin.

CVRATIO XCI,

Punctionis sinistri lateris,
Cephalalgiæ.

IOanna Voydin virgo sacrat[a] cœnobij minoris Dilingan[ae] ad D. Vlricum años nata tri-ginta duos, per octo dies conti-

nuos

quos in ſiniſtro latere dolorem
πνιγματώδη ſeu pungitiuum &
gravem μετὰ βάρους ἐμφάσεως καὶ
μετὰ θλίβεως nocturno tempore
ingraveſcentem, matutino nō=
nihil remittentem patiebatur:
urina erat turbida, ſpumoſa, &
cæt. comitabatur moleſtus ca-
pitis dolor. Hanc DEO cona-
tus meos adiuvante in priſtinū
ſanitatis ſtatum reſtitui hoc pa=
cto.

2. Catharticum.

R. Decocti ſenæ unc. ij s.
Mannæ opt. unc. ij M.

Hoc hauſtu probè à noxijs
humoribus purgata eſt.

3. Balneum.

Lavit poſteà in Decoctione

Chamomæl pulegij artemisi
ana M.v. Salis communis M.ii.
In Balneo spleni locoq; do
lenti sacculum ex absinthio pa
ratum admovit. Ante & post
balneum latus perunxit ol. ab
sinthij Ex quibus omnibus pri
stinam recuperavit valetudinẽ
Deo patri & filio & spiritui san
cto sit laus, honos & gloria, A
men.

CVRATIO XCII,

Icteri, Morbi gallici, DyspnϾ.

Gallicus morbus, Icterus. Dyspnœa. Nicolaus Gesler.

NIcolaus Gesler, Italꝰ, D
lingæ vitam degens, an-
nos triginta quatuor na-
tus, affligebatur recẽti lue vene
reâ, herpetibꝰ femora occupã-
tibus, & ad nates usq; serpenti-
bus,

bus, ictero, inappetentiâ, dyspnœâ, & cæt. Adversus hæc mala eiusmodi brevem medendi rationem, ingredior.

Purgatorium.

R. Flor. cassiæ unc. sem.
Conservæ rosar. drach. sem. M.

Capiat per dimidiam horam ante cœnam. Sequenti die:

R. Decocti senæ unc. j.
Syrup. de rheubarb. solut. unc. iij.

Potionibus istis satis evacuatus allevatum corpus sensit cum remissione symptomatum & morbi.

Aqua Mercurialis.

Gallicam scabiem manè & ve-

vesperi lavabat aquâ Mercuriali nostrâ. His, quinq; dierũ numero integrè convaluit.

CVRATIO XCIII.

Febris pestilentialis, pleuritidis, & cæt.

Pleuritis Pestilentialis. Simon Baur

QVibus subitò conflictabatur Simon Baur Bibliopæ9 Dilingan9, cùm ageret annum trigesimum sextum, præcedente vomitu & diarrhœa. Contemplatus urinam spumosam & turbidam, eiusmodi præscribo curam.

1. Potus.

Decoctum hordei, cichoreę, rosarum, violar. ficuum, passular. manuum Christi, &c.

2. *Phle-*

2. *Phlebotomia.*

Sequenti mane, aperiendam curavit hepaticam lateris affe-cti.

3. *Sudoriferum.* *Sudoriferũ.*

R. Aquæ Carduibenedict. unc. vj.
Lapidis Bezoar oriental. grana iv. M.

Hoc epoto in lecto benè co-opertus manè ſudavit affatim: & mox finita ſudatione melius habere cœpit.

CVRATIO XCIV,

Pſoræ, ſcabiei fœdiſſ. pruritus moleſt. *Pſora.* *Scabies fœda. Prurit⁹.*

PRo F. Gallo Kellero è S. Blaſij Monaſterio Dilingę literis invigilante definita. *Fr. Gallus Keller.*

R. Decocti senæ unc. iij.
Syrup. de rheubarb. solut
unc vj.

Dividatur hęc potio in duas partes, priorem manè ieiuno ventriculo sumendam, posteriorẽ altero die exhauriendam. Quibus optimè evacuatus & relevatus, urinam tertio die misit considerandam naturalem. Sequenti die matutino tempore venam hepat. tundendã curavi: horis pomeridianis iterũ medianam. Vtraq; vice sanguis admodum vitiosus atque corruptus est emissus.

His omnibus ritè peractis usus est acidulis, quibus omninò convaluit.

CVRATIO XCV,

Febris quotidianæ, Cardialgiæ, Asthmatis, &c.

Febris Quotidiana, Cardialgia, Asthma

Bartholomæus Reinoldus.

BArtholomeus Reinoldus Friburgẽsis annor. 17 per aliquot hebdomadas febri cũ afsiduis phlegmatis emissionibus laboravit: antecedente per duos integros años asthmate, cõsequente dolore poplitis, orisq; ventriculi. A me fidele consiliũ petenti ita auxiliáte Deo trino & uno subvenio.

1. Catharticum.

R. Extract. Esulæ magnitud. nucis iugland.

Aquæ calidæ unc. v.

Colatum hunc haustum ebibit cum felici noxiorum humorum

rum excretione. Altero die re
petijt eundem hunc hauſtun
pari operatione; ſed mala dict
non ſecundùm votum ceſſarũt
Coactus itaque fui alias moliri
purgationes, quarũ prior erat.
R. Spiritus vitę Aur. unc. ſem.
Syrup. roſat. ſolut drach. j.
Ter & copiosè operabatur
cum maiori affectuum relaxatione.

Octavo die pòſt iterum exhibui Spiritus vitæ A. uncias duas pro duabus vicibus ſumendas Prima vicè valdè virulenta, pituitoſa, inſtar butyri recentis excreta ſunt.

Sudoriferũ.

Sudoriferum.

Quo ſudavit ex ſequenti decoctione. R Car-

R. Carduibenedicti
Hyſſopi ana M. ij.
Decoquantur in duab. menſuris aq. ad dimias. Huius decocti alternis diebus bibit uncias ſex calidè, & in lecto conectus multùm ſudavit.

Purgatorium.

Ad poſtremum dedi Spiritus vitę A. unc. j s. pro duabus vicibus. Quibus omnib κατὰ λόγον tranſactis perfectè convalvit: & abſoluta curatione, pane in vino aduſto macerato ſingulis diebus eſt uſus. DEO ſit laus, honos & gloria in æterna ſecula, Amen.

CVRA-

CVRATIO XCVI,

Epilepſiæ,

Epilepſia. Otthericus Rulandus.

OTtho Henricus Rulandus filius chariſs. natu minimus ſemeſtris triſtiſsima & exitiali epilepſiâ per intervalla afflictus hoc pacto â mè integrè auxilio divino fuit ſanatus.

Suffitus.

1. Adventáte paroxyſmo ſuffitum ex ſuccino circa nares & os fieri curo quo mox paroxyſmus interdum prorſus remiſit, interdum mitior ac tolerabilior eſt factus.

Olea.

2. In ipſa acceſsione ol. noſtri Heraclij guttas tredecim ori infun=

infundendas mando.

3. Bibit aqua florum tiliæ, cui inſtillo ol. vitrioli emendati guttas aliquot, nempe in unc. ex guttas quinq;.

Tragæa.

4. Pulti admiſcebam tragæã noſtram antepilepticam.

5. Capiti pileolum apponen- dũ iubeo, hoc pacto paratum.

Pileolus.

R. Rad. Ireos,
Cyperi,
Pæoniæ ana drach. ij.
Sem. pæoniæ,
Calvariæ humanæ ana drach j.
Macis
N. muſcatæ ana ſcrup. j.

Flor.

Flor. Chamomil. p. s.

Conterantur atq; consuantur sindone rubeâ in formam pileoli dies noctesq; gestandi. Hisce laus DEO, breui conualuit liberatus ex toto ab epilepsia, cuius in hunc usque diem DEO gloria, nullum deprehendimus vestigium aut ὑποσροφῆς signum.

CVRATIO XCVII.

Psoræ, scabiei fœdiss.

Psora. Scabies fœdiss. Fr Matthias Vrspergensis.

QVa cũ intolerabili pruritu cruciabatur frat. Matthias cœnobij Vrspergẽsis iunior cùm ageret annos viginti duos. Sed deploratã & diuturnã istã scabiem diuinâ affulgente gratiâ hisce sequentibus depuli.

Ca. har-

Catharticum.

R. Decocti senæ unc. j. sem.
Syrup. rosat. solut Montani unciam unam sem.

Capiat hanc potionem per horam ante cœnam.

Sequenti die manè sumpsit hunc haustum.

R. Decocti senæ uncias tres.
Confect. Hamech. drach quinq; M.

Phlebotomia.

Purgato hoc modo benè corpore, medianã pertũdẽdã curo.

Balneum.

Quinto die à Venæ sectione descendit in Balneum Krumbadense, nõ procul à monasterio dicto situm

A`balneo veſpertino unge-
bat partes prurientes hoc un-
guento:

Vnguentum.

R. Vng. populeonis unc. ij.
Ol. roſacei unc. ſem.
Succi plantag. unc j.
Opij ſcrup. ſemiſ.
Cum aceti acerrimi unc. ij.
Diſſolve incorporando o-
mnia ſecundùm artem pro lini-
mento.

CVRATIO XCIIX,

Hydropis anaſarcæ,

Hydrops Anaſarca. Bernhart Mayr.

BErnhart Mayr textor La-
uinganus, cũ ageret annũ
vigeſimũ octavum inci-
dit in hydropem anaſarcam,
aſthma, ſitim ingentem, inappe-
tentiam,

tentiam, & alia hydropis ſym-
ptomata, quæ eum comitari aſ-
ſolent. Ad hæc mala curatu a-
liâs difficilima propulſanda ta-
lē inſtituo, diuinâ adiutus gra-
tiâ, medendi methodum.

Catharticum.

R. Spiritus Vitæ A. unciam j.

Hæc valdè operabatur; & poſtquam venā medianam di-
ctam aperuiſſet, melius habe-
bat; ſed ſitis moleſtabat adhuc
cum tumore ventris. Decrevi
itaq; talem potionem:

Purgatio.

R. Spiritus Vitæ A. unciam
unam ſem.

Exinde quia necdum meli-
us per omnia habuit, in defi-

niẽdâ aliâ purgatione pergo ex-
hibendo

Extract. Esulæ drach. j.

Seri lactis unc. quinq; M

Colaturã bibit, eiusq; ener-
gia sensim pristinam recupera-
vit sanitatem.

Diæta.

Potus erat decoctum fraga-
riæ & absinthites vinum.

CVRATIO XCIX,

Melancholiæ diabolicæ.

Melancholia diabolica.

IOannis Bichele civis Laui-
gani filia annos viginti sept
nata, melancholiâ corrept
erat, inappetẽtiâ, dolore capiti
solitariam amplectebatur vitã
μισάνθρωπος erat; terrore & mo
stiti

ſtitiâ perculſa omnem laborem preces reſpuebat. Ego devotè DEI auxilium & gratiam curandi implorans, talia huic ἐνεργουμένῃ machinor pharmaca ſalutifera.

Cathartica.

1. Exhibui aquam noſtrã Benedictam, cuius hauſtu finitis paucis horis ad ſaniorem redijt mentem.

2. Dedi Spiritus Vitæ A. unciam unam, quę per inferiora & ſuperiora ἐνέργειαν exercebat ſuam.

Tertio loco denuò noſtræ aquæ Benedictæ uncias quinq; cum felici ſucceſſu propinavi.

Sternutatorium.

Vltimò sternutatorium nostrum, cuius sæpè in Centurijs fit mentio, naribus inflandum studui.

Atq; his naturalibus adiuvâte DEO naturalis morbus mox præter aliorum sententiam expugnatus: precibus verò spiritualis tentator diabolus, proscriptus. DEO gloria.

CVRATIO C,

Maniæ & Epilepsiæ maleficiatæ.

Maniæ, Epilepsiæ, Maleficiati morbi.

TObias Vueidner pileo annos quadraginta natus. Epilepsiâ & maniâ p sexẽnium correptus singulis annis paroxysmo epileptico bis ita affli-

ffligebatur, ut inſtar mortui
humi proſtratus iaceret. Virib.
refocillatis, ac principib. facul-
tatibus à cauſa morbifica ali-
quantulum levatis, ratione ta-
men adhuc intercepta in ſyl-
vas & loca campeſtria aliaq;
amens aufugit, ultrò citroq;
diſcurrens, quoad ratione in
integrum reſtitutâ domum ſe
contuliſſet. Cauſa προκαταρκτικὴ
& evidens fuit huius Epilepſię
& maniæ venefica cuiuſdam
loci N in noſocomio cum alijs
vetulis vitam agens: hæc licet
cum pileonis uxore cognatio-
ne eſſet coniuncta, odio tamen
tam Vatiniano eam proſeque-
batur, ut animo toto de omni-

bus detrimentorum generibus ipſi ad ferendis cogitaret. Laterem autẽ lauabat ſemper, nec unquam uxori dictæ nocere potuit. Quodam tempore cacodæmonem & procum quærenti ſuum, quo pacto demum nocere huic pileonis uxori poſſet; reſpondit, pileoni marito ipſi venenum dando: hoc in cibis occultato & aſſumpto futurum ſingulis annis bis ad feſtũ vid. Bartholomæi & Paſchatis maritum cùm Epilepticum tũ maniacum. Saga igitur à ſponſo dæmone venenum accepit, illudq́; cum iure pileoni improuido comedendum porrexit. Cùm autem per unam atq; alteram

teram ſeptimanam iſtud virus inefficax pileone ſano & incolumi perſiſtente, animadverteret: aliud φάρμακον à diabolo ſubminiſtratum cum olere exhibuit: exinde miſellus pileo epilepticus atq; maniacus per ſexennium perſeveravit. Biennio abhinc & amplius venefica hæc in vincula conijcitur, & tormentis iſta omnia ſic eveniſſe cõfitetur. Antè autem quàm ſupplicio afficeretur, à magiſtratu ſummo, mandatum eſt, dicto pileoni illata ut propulſaret mala. Verûm diabolica mulier penes ſe non eſſe mederi, nec (quamuis valeret) ob tē-

poris longitudinem, veneno iam per totius corporis particulas diffuſo, morbis etiam radices iam agentibus, illud præſtare poſſe pronunciat. Humano ergo auxilio deſtitutus ad me venit, manus auxiliares implorans: exaudio preces, & pro virili malū hoc ἀνίατον depellēdum atq; expugnandum aggredior.

Phlebotomia.

1. Iuſsi venam cephalicā utramq; aperiri: dextram mane, ſiniſtrā à meridie hora ſecunda.

Sternutatio.

2. Singulis ſeptimanis ter utatur ſternutatorio noſtro, in

no-

nomine IESV.

Purgatorium.

3. Catharticum hoc accipiat: ℞. Croci metallorũ magnitudinem pisi. Infunditur per noctem in vini unc. sex, manè colatum ebibit haustum: qui ore & alvo diutissimè retenta venenata mala copiosè exturbavit, atq; his σὺν θεῷ præter aliorum sententiam brevi pristinam recuperavit sanitatẽ. DEO omnipotẽti sit soli laus, honos & gloria in omne æuum, Amen.

GRATIARVM *Actio & precatio Rulandi pro ægrotis suis.* *Gratiarum actio & precatio Rulãdi pro ægrotis suis.*

ET quoniam nunc sextæ Centuriæ summum impono

pono faſtigium, GRATIAS ago tibi miſericordiſsime Deus, & Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, quòd pro tua paterna miſericordiâ & in prępotente manu tua ægrotos meos ſanos facis. Da ipſis gratiam, ut grato animo, & memoriâ agnoſcant tua beneficia, quæ ipſis p. me indignum ſervulum præſtas: ut poſt receptam ſanitatẽ gratias agant ſemper tibi, reſipiſcant, amplius non peccent, ſed piè iuxta mandata tua vivãt. Rogo quoq; te, Clementiſſime Pater, ut & alijs ægrotis meis miſerearis, peccata remittas, errores condones, ad FIDEM tuam convertas, veram pœ-

pœnitentiam cõcedas. Et quia tu vulneras, & mederis: Tu percutis, & ſanas: Tu mortificas, & vivificas: Tu deducis ad inferos, & reducis: Tu deniq; vitæ poteſtatem habes, & mortis: ſana obſecro potentiſsime Medice eos quoq; pro tua paternâ voluntate, indulgentiâ, bonitate & miſericordiâ p tua & abs te benedicta medicamenta: & ſalva eos in tua virtute, & in Sãctiſsimo nomine IESV, dilectiſsimi Filij tui, optimi Medici omnium animarum & corporum languentium, ut gloriosiſs. tuum nomen per me omnibus diebus vitæ meæ ſanctificetur. Exaudi Domine Pater beni-


gniſ-

gnissime vocem deprecationis
meæ iuxta promissionem cha-
rissimi Filij tui dicentis: AMEN
AMEN DICO VOBIS, SI QVID
PETIERITIS PATREM IN NO-
MINE MEO, DABIT VOBIS.
Da ergò quęso veraciscime Pa-
ter, omnipotens Deus, quod
ægrotorũ nomine abs te peto:
da inquam in nomine IESV di-
lectissimi Filij tui, qui tecum in
unitate S. Spiritus vivit & re-
gnat Deus POTENS per omnia
Apocal. 7. secula, Amẽ. Tibi Pater, tibi Ie-
su Christe, Tibi Sancte paracle
te Spiritus, tibi ô Sancta TRI-
NITAS, benedictio & claritas, &
sapientia & gratiarum actio, ho
nor & virtus & fortitudo esto
in

in ſecula ſeculorum. Amen.
Amen. Amen.

FINIS.

Μόνῳ τῷ θεῷ
ἡ δόξα.



INDEX

LOCVPLES,

CONTINENS MORBOS, Ægrotorum nomina, Loca quædam & Medicamenta, iuxta numerum Curationum.

Oo dolor

Hans

Men=

Q

R

pleuri-

FINIS INDICIS
Centuriæ Sextæ.

